



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

Speranza, Giuseppe

Coloniæ Agrippinæ, 1659

Divitiæ, Avaritia, Affectus liber. Digressio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44265

est, & convertimus omnes lumina, &c. O bre. A
vem diuturnae flagitationis consolatio-
nem!

Gen. 30. Annon similis illa, quae cernens, quod
infœcunda esset, invidit sorori suae, & ait ma-
rito suo: Da mihi liberos, alioquin moriar.

Gen. 35. Quae tamen non multo post ob difficulta-
tem partus periclitari coepit, & egrediente ani-
ma pra dolore, & imminente iam morte vo-
cavit nomen filii sui Benoni, id est, filius dolo-
ris mei!

Math. 6. Quarite, quarite primum regnum DEI,
& iustitiam eius, & haec omnia adicientur
vobis.

D. Ang. l. 5. Ut quæsit sancta illa Augustini ma-
ter! Et ubi essent tantæ preces (inquit in
suis Confess. August.) & tam crebræ sine
intermissione? An verò tu, Deus mise-
ricordiarum, sperneres eor contritum, &
humiliatum viduæ castæ, ac sobriæ, fre-
quentantis eleemosynas, atque servientis
Sanctis tuis, nullum diem prætermi-
tentis oblationem ad altare tuum, bis in
die, mane, & vespere, ad Ecclesiam sine
ulla intermissione venientis, non ad va-
nas fabulas, & aniles loquacitates, sed ut
te audiret in tuis sermonibus, & tu illam
in suis orationibus? Hujusne tu lacry-
mas, quibus non à te aurum, & argen-
tum petebat, nec aliquid mutabile, aut
volubile bonum, sed salutem animæ filii
sui, tu, cujus munere taliserat, contem-
neres, & repelleres ab auxilio tuo? Ne-
quaquam, Domine: immò verò aderas,
& exaudiebas, & faciebas ordine, quo
prædestinaveras esse faciendum.

S. Monica rectè orare
sciebat.

Usque modo non pesistis quicquam. Petite,
&c. Quid! Non postulaverant confes-
sum hinc inde ad dexteram, & sinistram?
&c. Ah honores, divitiæ, &c. non sunt
res quidditative, &c. accidentia sunt, ni-
hil sunt: &c. Interrogemus Salomonem
qui tam abundè hæc omnia habuit, videat
Eccel. 1.
sibi vult Ecclesiastes? Supputator nume-
rorum. Quò nunc pervenit, ô Salomon;
computus rerum harum omnium, bono-
rum, divitiarum, deliciarum, &c? Vanitas
vanitatum, dicit Ecclesiastes. Et ne putes
errorem in computu, repetit: Vanitas
vanitatum, & omnia vanitas. Hebr. Nihil,
& omnia nihil. Pined. ibid. sect. 6.

Hi honores, hæc magnitudines sunt en-
tia rationis, non realia. Ego Nabuchodon-
sor quietus eram in domo mea, & florens in pa-
latio meo. O quam verè florens, & flo-
rens in palatio! q. d. extra palatium jam
non amplius aulicorum stipatus caterva,
cum in sylvis morabar, florens non eram.
Vade patet, hos esse accidentarios hono-
res, & ita vanos, ac caducos, ut ad instar
florum omnes evanescent.

Quomodo ceu flos agri, ad insuffla-
tionem evanescent! Cum Iob, stante
Deo, periisse multos jam vidimus: Glo-
ria ejus quasi flos agri, &c. qui insufflato-
ne deperit. Isai. 40.

De divite hujus sæculi Iacobus: Sicut
flos sæni transibit. Syriacus in præsentem;
Sicut flos herba præterit: sic quod sequitur:
Exoritur est Sol cum ardore, & arefecit fœ-
num, flos ejus decidit, & decor vultus ejus de-
perit: ita & divites in itineribus suis marcescent.

Ad innuendam præsentem defectiorem,
& caducitatem, Syriacè est in præsentem:
Exoritur Sol, arefacit herbam, & flos cadit:
sic etiam divites arefcent, ut scilicet nullam du-
rationem intelligas, quippe quæ etiam in
ortu arefit, & sicatur, &c.

O vanam mundi gloriam! ô vaniores
mundi dilectores! Mundus transit, & con-
cupiscentia ejus. Alii ex Græc. Transver-
sos agit: quasi circumgyrato capite mun-
di hæc inanis diversitas, ac apparatus
suos inspectores transversos agat. Incon-
stantia
Ec. 3.

Digressio de hujus mundi re-
bus, divitiis, avaritia, affectu
libero, &c.

PUNCTUM LXIV.

Bona hujus
mundi bona
non sunt.
ET certe ad quid tanto ardore hæc bo-
na carere postulare, cum re vera bo-
na non sunt.

Gloria man-
dana vertigi-
nem adfert.
1. Ioan. 2.
Græc.
Sap. 4.
Alii.

stantia concupiscentia transvertit sensum sine malitia. Alii: Circumrotatio concupiscentia transvertit sensum sine malitia, vel decipit aliticiens blanda specie. Est allusio ad lusum puerorum, qui circumgyrant, & cadunt, vel ad eos, qui ob oculos mundum circumrotant.

Psal. 118.
Hebr.

Unde precabatur David: *Averte oculos meos, ne videant vanitatem.* Hebr. *Transire fac oculos meos ne scilicet defixi hereant, & ne mihi caput proinde circumgyrent.*

Matth. 4.
Luc. 4.

Quid aliud quaesivit Diabolus: dum Christo Domino nostro supra pinnaculum templi sublato, *Ostendit omnia regna mundi*, sed ut norant Evangelistæ, *In momento?* Voluit ei scilicet caput circumgyrari, ut præceps rueret,

Mundi fugacitas à demono demonstrata. Ambrosii in Luc.

Sed anima advertite, non potuisse Dæmonem totâ suâ arte diurnum, & æternum monstrare, quod re vera momentaneum est. Unde Ambrosii. *Benè in momento temporis & sæcularia, & terrena demonstrantur, quò non tam conspectus celeritas indicatur, quàm caducæ fragilitas potestatis exprimitur: in momento enim cuncta illa prætereunt, & sæpè honor sæculi abit, antequàm venerit. Quid enim sæculi potest esse diurnum, cum ipsa diurna non sint sæcula?*

1. Cor. 7.
Syriac.
Græc.

Alii.
Mundus amatores suos suspensos habet. Theoph.

Dixit Apóst. *Præterit figura hujus mundi.* Syriacè: *Transit species hujus sæculi.* Græcè: *Prætercundo suspensos tenet; hec est, suâ fucata specie mundus suos dilectores attonitos tenet.* Alii: *Decipit, vel deludit externa effigies apparens, habitus, & schema lucentis hujus ornatus & species.* Theoph. transfert: *Dissolvitur figura hujus sæculi; & subdit: Quid ergo tenemur amore ejus, qui dissolvitur? Figuram autem appellavit, commonefaciens homines ejusmodi esse visus (hoc est ad se, eciem duntaxat) quendam fumum, id est, fumosas quasdam in aère è terra ascendentes spirationes, vaporesque inanes, tamen variis colores, & figuras speciosissimas induant, oculorum pabulum, ac tincturam, esseque superficiem quandam*

Mundus oculorum pabulum.

fluxam, nihil stabile, aut subsistens habentem. Sic ferè ille.

Sensus Apóst. conformis est Sapienti in Proverb. dicentis: *Substantia divitiis, urbs roboris ejus, & tanquam murus validus circumdans eum.* Hebr. *Urbs, & murus in imaginatione sua; hoc est, imaginatur urbes, & castella, &c. sed omnia ludicra, & phantastica sunt, &c.*

Prov. 18.
Hebr.
Et ludicrum imaginationis phantasma.

De his imaginationibus David: *In civitate tuâ (verâ civitate) imaginem eorum ad nihilum religes.* Ubi vox Hebræa, non veram, sed umbratilem, non solidam, sed imaginariam felicitatem importat. Sic ubi ait: *Verumtamen in imagine pertransit homo, sed & frustrâ conturbatur.* Hebr. est: *Verè profectò tantum in umbra, sicut larva, personæ, histrionica pertransi more mimi per theatrum, ubi generatio præterit, &c.* August. verò legit: *Quoniam in imagine ambulet homo, tamen vanè conturbatur; studio scilicet terrenorum, &c.* Lambunt fiti famelicâ imagines rerum. Singula verba sunt ponderanda: Lambunt, &c. non res, sed imagines rerum.

Psal. 71.
Hebr.

Psal. 38.
Hebr.

D. Aug.

Mundi homines lambunt imagines rerum.

De parva rerum omnium duratione, & quàm hæc bona fugacia sint. Jerem. *Jerem. 48. 48. Date flores Moab, quia florens egredietur.* Variab. *Date alas Moab, quia volando volabit, &c.* Ut id benè novcrat Propheta, cum agebat: *Deus vitam meam annuncia vi tibi!* Hebr. *Deus, fugam meam, &c.* Sic ubi legimus: *Qua pro nihilo habentur, eorum anni erunt.* Manè sicut herba transiat, manè floreat, & transeat, manè floreat, & transeat, vespere decidat, induret, & arefeat; Juxta Hebræicum hic sensus est: *Multum conversioni contulit, & saluti, quid omnis vita mortalium, quasi somnium, ita veloci morte contracta est, qua in similitudinem florum atque sæni, eodem pendè tempore secatur, atque deperit.*

C

D

E

Ut hanc celeritatem, brevemque rerum harum finem confessi sunt illi, etsi cognitione usi non sunt, qui dicebant: *Venite, utamur creatura, tanquàm in juventute.* Sed quomodo? *Celeriter, ad instar canum Ægypti, nimitum fugiendo, quia & hæc bona fugiunt, ac dilabuntur. Non pertranscat nos flos temporis.* Quot verba, tot.

Sap. 2.

tot.

tot veritates. Verè flos, & verè pertransiens, &c. Alii ex Græco: *Non prae-tereat nos flos aëris. Aërea, vana hæc omnia sunt. Coronemus nos rosus, antequàm marcescant.* O stultitiam! Cognoscitis marcescere, & eisdem coronamini? Coronatis caput, sedem mentis, & intellectus, inquit Tertull. caducis hæc terrenarum rerum floribus, mentis despectu contemendis? Hæc est miseria: cernuntur hi flores marcescere; & iisdem homines coronantur, &c.

Alii ex
Græc.

Carnis vo-
luptas fugax,
pœna perpetua.

Psal. 37.

Sap. 5.
Græc.

Psal. 72.
Symmac.
Alii.
Hebr.

Nullum sit pratum, quod non pertranscat luxuria nostra. O quàm benè pertranscat! quàm fugax vana illa delectatio! sed certè fugax nō erit pœna, quæ correspondet perpetuæ peccati libidini, &c. Vbiq; relinquamus signa lætitiæ. Signa lætitiæ, non lætitiæ sunt mundi voluptates: signa solium, & umbræ, & vestigia voluptatum, &c. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus. Notat D. Ambr. gustus, & voluptates illusiones esse, somnias voluptates esse, non veras.

Ut id confessi sunt illi Sap. 5. *Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis.* Græcè: *Iniquitatis impleti sumus viis;* quasi dicerent: Nunc per viam ambitionis, nunc adulationis, nunc per hanc, nunc per illam ambulavimus. *Impleti sumus viis, ambulavimus vias difficiles.* Græcè: *Ambulavimus vias invias.* Ut ad illam delectationem perveniremus, mille vias ambulavimus, ivimus, rediimus, &c. Tandem adepti voluptates, honores sumus, at quādiu durarunt? Tot labores pro quā duraturis rebus! *Transferunt illa omnia, tanquàm umbra, &c.* quæ gradatim celeritatem denotant, &c. *Transferunt in affectum cordis.* Symmac. *Prætergressi sunt apparentia cordis.* Alii: *Transferunt in imaginibus cordis.* Hebr. *Transferunt in soliditatem, ac veritatem, sed apparentem, ac proinde cordis famem non satiantem, & celeritatem simul notare est.* Memini ciborum illorum depictorum ante illum appositorum: memini illius, qui somniabat se comedere, &c. De his dici potest: *Transferunt in picturas cordis, &c.*

Aquâ bonorum horum temporalium cordis humani sitim non extinguui, & quàm sit ardens hæc sitis in rerum harum terrenarum amatoribus.

PUNCTUM LXV.

HYdropicus Evangel. uti propter tumorem superbi symbolum est, sic propter sitim, est typus eorum, qui harum rerum desiderio, & amore flagrant. Omnes homines siti ardeat. unde i. Iesu Dei vocatur ad aquas, quæ sitim explere possunt: *Omnes sistentes venite ad aquas.* Sed, ô rem, quæ in stupore detinet Cælos ipsos! Cum tantâ siti viros Dei fontes ardens præterit homo, & anhelus currit ad dissipatas harum rerum cisternas. *Obstupescite, Cali, super hoc.*

Luc. 14.

Isai. 55.

Ierem. 2.

Apoc. 17.

In Apocal. vidit Propheta bestiam cū septem capitibus, & decem cornibus, supra quam sedebat mulier amicta purpura, & auro, unicum aureum calicem in manu habens, & circa eam Reges terre, & in fronte habebat scriptū: *Mysterium.* D. Joannes ait, obstupescitum se hic, & ceu extra positum perstitisse: *Et miratus sum, inquit, admiratione magna, &c.* Quâ de re? q. d. Apostolus: *Omnis terra præ siti arida, omnes homines sitibundi inter ea capita, & cornua se invicem comprimentes, ut ad calicem ora apponerent! Miratus sum admiratione magna, Mysteriū.* Qui fieri potest, ut tot sitibundi ex uno calice sitim extinguant? Nec stilla? &c. Et pro hac, ô quot labores! ô quot calamitates perferunt, &c. Morem gerere septem capitibus opus est, & tandem, quod bibis, absinthium est, &c.

Unus, qui biberat: *Inebriavit me absinthio, ajebat, felle, & dolore.* O miseros, qui ed amplius sitiunt! Rex ille Babyloniæ hæc siti laboras nonnullos vocavit: *Et habuit cū eis mysteriū cōslii sui.* Quodnam? *Ut omnem terram suo subjugaret imperio.* O sitim ardentem! Quid si subjugasset? Extinxissetne sitim? Majori quā antea exarsisset

Thren. 3.

Judith 3.

fister siti, & plorasset cum Alexandro. De A quo ille:

Estuat infelix angusto limine mundi.

Mundus sitim cordis extingueret nequit.

*Isa. 30.
Procop. ib.
Pagnin.
Sept.
Isa. 14.*

Lyrar. ibid.

Malach. 3.

*Pagnin.
Chald.*

*Ennod. l. 2.
ep. 12.*

Mysterium planè, quod per pauci intelligunt, hujus videlicet mundi aquas non exple sitim cordis. Et dabit vobis Dominus, hoc est, & dari permittet, si mundo servieritis, quid? Panem, quem mundus habet, arctum. Pagnin. *Angustia.* Et aquam brevem. Sept. *Angustiam*, quia nimirum mundus copiam non habet, aliquam stillam vix vix exhibet. *Luxu vindemia: infirmata est vitis, cessavit gaudium tympanorum ingemuerunt omnes, qui laetabantur corde, quiescit sonitus latantium, contuit dulcedo cithara. Cum gaudio non bibent vinum. Amara erit potio bibentibus illam. Clamor erit super vino in plateis.* Hoc est, juxta Lyrarum: *Tanta erit vini, laetitiae scilicet, ac deliciarum mundialium inopia, ut guttae singulae auri pondere aestimentur. Hujus gratia alter alterum calcabit in platea, veluti, cum in publica egestate per fenestram porrectum panem quisque clamat sibi dari: Mihi, mihi. Hoc sibi vult: Clamor erit super vino in plateis: quia scilicet mundus grandine tactus, copiam non habet, & moritur praesiti.*

Sed o flumina nectaris Dei! o torrentes dulcedinum, quibus suos potat! Probate me, probate, dicit Dominus, si non aperero vobis catarractas caeli, & effundero vobis benedictionem usque ad abundantiam. Pagnin. *Donec non sufficientia, id est, donec non sint vobis sufficientia vasa.* Chaldaeus: *Aded ut dicatis, satis est. q. d. Nolumus amplius: vasa enim capaciora non habemus.* Domine, satis est, satis est, Domine, ut Sancti Franciscus Xaverius, Philippus, & Ephrem exclamabant

Egregie quidem D Ennodius in quadam epistolarum: *Largis mentibus caelestium munerum unda procurrat, transcunt haurientis ambitum, quae à Christo veniunt, fluentia donorum. Sola vena est, quae maciem nequit, & defectus abjurat, tantum cursibus suis suggerens,*

quantum meretur peccus sitientis accipere. *Sed qui bibit ex aqua hac (mundi quae est terra sitis, quaeque cupiditates mundanas irrat magis, quam satiet, ut ait Gilberus in Cant.) sitiet iterum, qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum.* Ioan. 5. Jerem. 2. Gilb. ser. 35.

O felices! haec sunt aquae, quae ad cor pertingunt, quaeque sitim non solum sedant, sed restinguunt. Et his, qui biberunt, aliquosne aliquando vidistis? Ut proprie videntur admoisse ora ad fontes, & aquas DEI! Dicite eis, an aliquid cupiant? Nihil. An sitim habeant divitiarum, delectationum, honorum? Nihil. Non curant honores, non quaerunt delectationes, &c. admovent os cordis ad aquas DEI. Rupertus: *Audacter affirmo, quod sola una hujus mellis stilla potest, quod totus mundus non potest. Cor quidem copia mundi non satiat, una hujus dulcedinis gutta plenè inebriat.* Rupert. ser. 3. Spir. sancto.

Sed misera avarorum fors, qui nunquam omnino sitim expleant. *Inter avaros meridiati sunt, qui calcatis torcularibus sitiunt. Loquuntur de avaris, qui expressis, compressisque undequaque pecuniis, exsuctoque pauperum sanguine adhuc sitiunt. Dixit id clarius supra: Vim fecerunt depradantes pupillos, vulgus pauperum spoliaverunt, nudis, atque incedentibus absque vestitu. Et esurientibus tulerunt spicas.* Graec. *Nudos compresserunt injuste fructus esurientis abstulerunt.* Job 24. Avarorum fors misera.

Sit exemplum Achab, qui cum tot suis vincetis sitim non explevisset, pauperis Nabuthae vineam sitivit. Hic, ait Ambrosius suo contentus palmito, ille regali fulcro divitiarum praeditus, inexplibilis, insatiabilisque opibus suis, exiguam pauperis vineam desideravit. 3. Reg. 21. Ambr. l. 3. ep. 10.

Sanè his congruit, quod alio in loco de ceto dicit Iob: *Et faciem ejus praecedit egestas. Ubi cetus, pisces circumcirca non sunt, quia omnes deglutit. Annon idem facit, qui hodie rem pupilli, aut pauperis illius deglutit, eras alterius? &c.* Job 41. Avari solum cetum.

Isa. Theod. D. Hieron. Prov. 27.

Va, qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis, usque ad terminum loci. Ubi ex Hebr. & Græco Theod. exponit, & transfert: Domus deficiat locus. & D. Hieronym. addit, etiam deficiente terrâ nuquam satiatur avaritia. Infernus, & perditio nunquam implentur, similiter & oculi hominum insatiabiles.

Zach. 5. Emman. Sâ in suis annotat.

Hoc est oculus eorum in universâ terrâ. Emmanuel Sâ in suis Annotationibus: Hic apparet, quales sint, qualiâque facta eorum. Huc tantum aspiciunt in tota terra sua, hoc est, toti terreni, cogitationes, ac negotia habent terrena, semper in emptionibus, ac dilatacionibus terminorum. Insatiabilis oculus cupidi. Oculi stultorum (Hugo Card. avarorum) in sinibus terra.

Avarorum oculi in sinibus terra. Ecl. 14. Prov. 17. Hug. Card. Prov. 21. Ambr. l. de Nab. c. 6. Psal. 39.

Avarus (ô quàm verè!) erit hic corpora, sed oculis, corde, & animo vel in insulas fortunas se extendet. Exaltatio oculorû est dilatacio cordis. Ambr. Quid est dives, nisi inexplebilis auri fames, ac sitis? quò plus hauserit, plus sitit.

Psal. 39. D. August.

D. Augustin. in illud, Et non respexit in vanitates, & insanias falsas. Quo dicit, inquit, & quò perducit terrena avaritia? Fundos quærebatis, terram possidere cupiebatis, vicinos excludebatis, illis exclusis, aliis vicinis inhærabatis, & tamdiu tenebatis avaritiam, donec ad littora perveniretis, perveniens ad littora, insulas concupiscitis, possessâ terrâ Cælum fortè vis prendere? Relinque omnes amores, pulchrior est ille, qui fecit Cælum, & terram: Et non respexit in vanitates, & insanias mendaces, Quæ vides, bona putas? Falleris, sanus non es nimîa febre phreneticus factus es, verum non est, quod amas, &c.

Iob 20.

Sed audite, quali medicamine huic morbo occurrat Deus: Divitias, quas, ad instar cere, avarus devoravit, evomet, & de ventre ejus extrahet illas Deus. Vi ext ahiet, & vomere faciet: quemadmodum qui venenum hauserunt, inquit Olymp. incitantur ad vomitum; sic cum quis divitias comparaverit injustè, cruciatur divulsis visceribus illas ipsas effundere. Unde Nazianzen. Ne ex aliorum egestate opes nostras comparare studeamus, neque cum

Olymp.

aliorum lachrymis misceamus, à quibus, tanquam à rubigine, consumuntur, aut, Spera nra Scriptura selecta.

Naz. ad Iul. orat. 9. Divitia lachrymis aliorum mixta percutiunt.

A ut scriptura ve bo utar, evomentur. Quàm verè! Illi merces pereunt, sericum, lana, &c. caveat, ne cum his admixta sit alicujus pauperis lacryma, neque cum aliorum lacrymis misceamus, quia lacryma illa erit tinca, &c. Nicetas in Scholiis. Ut enim, qui noxium aliquem cibum sumpsit, unâ cum eo probos etiam vomit: sic qui iniquè congregandis opibus studet, non solum ipsas, sed etiam quas prius jure possidebat, plerumque amittet. Et de ventre ejus extrahat eas Deus. Purat ille, casu grandine tactam vineam: Deus est, qui de ventre extrahit. Ille decoctor nudus remanet: Deus est, qui de ventre extrahit, &c.

Nicet in Schol.

Sequitur Job: Caput aspidum fuget, & occidet eum lingua viperæ. Chrysostr. usurarium confert cum aspidè surdâ, quæ nescio quomodo dulciter mordet, post mortuum soporem conciliat, & tandem interimit. Remorsus conscientie avari ob questum dulcis quodammodo, sequitur sopor: nam quis restituit? Tandem mors.

D. Chryf. Exneratores similes aspidi.

Non videat rivulos fluminis, torremes melis, & hyary. Cajet. ait describi hic ingenium, & naturam hominis avari, qui in ipsa bonorum affluencia ipsi sibi avarus est. Velut Vatabl. ait, in magna rerum copia eget. Supplicium est avarorum, quibus denegatus est usus malè partarum divitiarum. In Levit. Soretis sementem, quæ ab hostibus devorabitur. In Deuteron Vineam plantabis, & fodies, & vinum non bibes, neque colliges ex ea quicquam, &c.

Cajet. Vatabl. Avarorum supplicium est, non frui rebus suis. Levit. 26. Deut. 28. Luc. 12.

Stulte, & quæ parasti, cujus erunt? Pergit Job: Non est satiatus venter ejus, & cum habuerit, qua concupierat, possidere non poterit. Ad pœnam molestissimæ sitis, ac famis divitiarum Græci referunt hæc verba: Non est satiatus venter ejus. Hebr. Venter ejus non novit pacem, vel tranquillitatem. Avaritia, ait Gregor. desideratis rebus non extinguitur, sed augetur: nam more ignis, cum ligna, quæ consumat, acceperit, accrescit; & unde videtur ad momentum flamma comprimi, iade paulò post cernitur dilatari.

Luc. 12. Hebr. D. Gregor. mor. 5. c. 32.

Non est satiatus venter ejus, non novit pacem. Blandiatur sibi avarus, ut libet, & sibi dicat: Requiesce, comede, bibe, non est

Ff pax



- par, non est requies. *Tigur.* Non sentiet in ventre suo, quod opulentus est; nunquam dicet, Sufficit. *Vadam,* & affluam divitiis. Perpulchra est lectio Hebræa in Imperativo, quasi loquens cum corde importunè efflagitante: *Vade,* & affluam divitiis, & fruiere bonis. Sed quid? Et vidi, quod hoc quoque esset vanitas. Non est satiatus venter ejus.
- Tigur.* Et cum habuerit, qua concupierat, possidere non poterit. *Tigur.* Nec conferre poterit res optatas. *Cajetan.* In desiderio suo non evadet, nisi non liberabitur, id est, nunquam liber evadet à desiderando, vel non evadet, ut ipse ait, à laqueo concupiscibilium. Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & c. Concludit: Cum satiatus fuerit, ardebitur, & estuabit, & omnis dolor irruet super eum. Persistit in metaphora haulti veneni: Ardebitur, & estuabit. *Hebr.* Angustia erit eis, compressio scilicet, afflictio, animi æstus. *Alii:* Cum impleverit sufficientiam suam, id est, cum quod satis sibi esse putabat, habuerit, ardebitur, ut plus habeat, ardebitur, & æstuabit, cum stomachum avaritiæ suæ plenum habuerit, ait *Gregor.* Repletus quidem, sed non adhuc satur, angustiat, & adhuc in nova habendi desideria dilatatur, Quid mirum, si omnis dolor irruit super eum? & c. Videri non extingui sitim. *Etiamsi accesserit ei omnis manus laborans.* Sic legit *Isidor.* *Clar.* hoc est, etiamsi omnes homines laborent in ejus commoda, erit omnes ei aquam deferant, adhuc sitit, & c. *Exardescet contra eum sitis.*
- Deut. 7.* Erubescet, *Sidon,* ait *mare.* *Ambros.* Fatigati elementi vox ista est: *Erubescet, Sidon.* Hoc est, meos fluctus negotiator arguis, cum sis ipse fluctibus inquietior. *Erubescet vel pudore,* quoniam periculo non moveris. Verecundiores venti sunt, quam vestra cupiditates: illi habent otia sua, nunquam vestra querendi studia feriantur. Et cum otiosa tempestas est, nunquam vestra otiosa sunt navigia. Versatur unda sub remige, quando quiescit à flamine. At unde? *Exardenti,* quæ laborant, sitit.
- Jac. de Vir. do.* Cæterum illud caveant, quod per similes
- A.* quondam avaro gravis Author contrigisse refert. Is cum in vita, ardentissime semper aurum sitisset, liquatam post mortem in farragine pecuniam in os ejus *Dæmones* refundentes, atque horribili clamore dicentes, audire meruit: Aurum sitisti, aurum bibe.
- Dat huic morbo remedium *Propheta.* *Psal. 61.* Divitiæ si affluunt, (quia dum affluunt, *D. Basil.* fluunt, inquit *Basil.*) nolite cor apponere. *B.* Non apponatis os cordis ad aquas hujusmodi, quæ sitim non extinguunt, sed ad aquas Dei, quas qui biberit, non sitiet in æternum. *Super maria fundavit eam* (terram scilicet) Quid mirum, si bona hæc instabilia sunt? Quid præterea mirum, si ob falsedinem sitim irritant magis, quam extinguant.
- Si adversum me terra clamat, & cum ipsa sulci ejus deflent,* hoc est, non eosque scidi, ac profodi terram, non exsulcavi, non perfodit tantum, ut clamarit, ac quodammodò præ dolore flevit.
- O pauperem, & infelicem terram in manu avari!
- Quam sit ardens hæc sitis in terræ amatoribus, patet ex desiderio, quod aliqui habent educendi pecuniam ex lapidibus.
- De avaro pejora dici nequeunt, quam: *D.* Hic numos ex lapidibus educeret! *Job: 24.* Vigilantes ad prædam, præparant panem liberis. *Pagnin.* Pagnin vertit: *A deserto est sibi panis,* id est, ab ipsis Lapidibus pecuniam sibi eliciunt. Sic *Tigurin.* *Desertum panem refert.* Unde *Ambros.* serm. 81. Usuræ arte nequissima ex ipso auro aurum nascitur: cum enim terra, quæ profert aurum, sterilis prorsus sit, ipsi fructiferam terram rubram, aurum scilicet, reddunt per summam impietatem, & nequitiam.
- Quis scit, an etiam in ipsa tentatione gula, de avaritiâ simul Dominum tentaverit is, qui tentat, dum ait: *Dic ut lapides isti panes fiant.* *Vigilantes ad prædam præparant panem liberis.* *Vigilantes,* ô quam verè, ut eliciant pecuniam ex lapidibus! & c.
- De his *Propheta:* Non est finis acquisitionis eorum, qui argentum faciunt, & solliciti *Baruch 3.* sunt.

*Argentifabri-
catores quina-*
sunt. Argentum fabricare dicit, non so-
lum eos, qui argentum constant, sed eos
etiam, qui pecuniam quibusvis modis,
quibusvis artibus comparant: qui aded
subtiles rationes excogitant inveniendæ
pecuniæ, ut eam excudere videantur: &
ided subdit Propheta: *Non est inventio ope-
rum illorum, id est, tantæ sunt illorum in-
ventiones, tot modis laborant, ut non
possint animo comprehendere opera illo-
rum: qui solliciti sunt, &c.*

*Ambros. de
Tob. c. 12.
Basil hom. 2.
in Psal. 14.
Fœnus quasi
fœtus.*

Huc facit, quod ajunt Basil. & Amb lu-
erū vocari fœnus, quasi fœtus pecuniarū
& τὸνος Græcè, id est, partus, idque ea ra-
tione, quod cum pecunia sit naturâ suâ
maximè sterilis, tamen avarorum indu-
striâ vincit fœcunditate omnia viventi-
a, &c.

Avari videntur cum auro inisse con-
jugium, unde soboles multiplex nascatur.
Non nupsit mihi aurum, inquit Job. 31.
*Si posui aurum robur meum. Septuag. Si po-
sui aurum in conjugium meum, quasi dicat.
Nec tam ardenti pecuniæ libidine uror,
ut mille modis quæram aurum ex auro
gignere.*

*Tob. 31.
Sept.
Avarorum
conjug aurum*

Mox ut pecuniam in nundinis pecu-
niæ addere incipiunt, pecunia, etsi sterilis,
vincit fœcunditate omnia viventi-
a, &c.

Eccl. 5.

Avarus non impletur pecuniâ, &c. Hæ
aqua non sunt satis ad extingvendam si-
tim, sed si vult educere aquam de lapidi-
bus, eat cum populo illo sitibundo: *Per-
cussit petram, & fluxerunt aqua, &c.* Hæ a-
qua terræ refrigerant paulisper, hume-
ctant foris, ad cordis fauces non pertin-
gunt: & ided explete, si potestis, pro li-
bito sitim, quia magis, magisque sitietis.

Psal. 77.

D. Aug. c. 30. D. Augustin. Anima, quam creasti, ita
facta est capax majestatis tuæ, quod à te
solo, & à nullo alio possit impleri: quan-
do autem te habet, plenum est desiderium
ejus & jam nihil aliud, quod desideretur,
exteriori restat: cum enim sis summum
bonum, & omne bonum, non habet, quod
desideret amplius, si possidet te omne bo-
num, quod si non desiderat omne bo-
num, restat, ut desideret aliquid, quod
non est omne bonum, ergo nec Deum,
sed potius creaturam: cum autem creatu-

ram desiderat, continuam famem habet,
continuum sitim habet, quia licet, quod
desiderat de creaturis, adipiscatur, vacua
tamen remanet, quia nihil est, quod eam
impleat, nisi tu, ad cujus imaginem est
creata, implet autem tu eos, qui nihil a-
liud desiderant præter te. Idem capit. 35.
*Quemadmodum desiderat cervus ad fontes. a-
quarum, ita, &c. Sitivit anima mea ad Deum
fontem vivum. Quando, &c.* O fons vitæ,
vena aquarum viventium, quando ven-
iam ad aquas dulcedinis tuæ de terra
deserta, in via, & in aquosa, ut sitiem ex
aquis misericordiæ tuæ sitim meam? Sitio.
Domina, fons vitæ es: satia me, &c.

Psal. 41.

*Vadam, & affluam deliciis. Alii: Vade,
constituum te in latitia. Tigur. Latus poculis
indulgebo. Complut. Assuefaciam te deliciis.
Expleta estne sitis? Minus è, adhuc sitit.
Plantavi mihi vineas. Alii: Vineæ omnis ge-
neris, vites, vel sublimes, vel brevis cruce, sine
adminiculo, per se stantes. Feci hortos, & po-
maria, & conserui ea cuncti generis arboribus.
Syriac. Fecit mihi hortos, & paradisos (in ter-
ra) & plantavi illis omnes arbores omnium
fructuum. Nunc expletane est? Ardentior
quàm antea. O inexplebilem terrenor-
um sitim! O immensam animæ capaci-
tatem! &c.*

*Eccl. 2.
Tigur.
Compl.
Syriac.*

Infelices, heu! infelices sitibundi re-
rum terrenarum amatores, qui semper
terram excavant, ut aliquam aquæ sur-
gentem venam inveniant. Heu! plorat
Boët. Quis primus fuit ille, auri qui pon-
dere recti, gemmasque latere volentes,
pretiosa pericula fodit? Neque solum ter-
ræ, sed etiam hominum viscera sitis avar-
orum scrutata est: nam in excoidio Jero-
solymitano, ut narrat Josephus, milites
præ auri siti multos Judæos diviserunt, ut
in visceribus aurum devoratum scruta-
rentur. Nescio certè, quinam sitibundi
magis, an qui aurum devorârunt, an qui
devoratum idem inter fœces fœcem scruta-
tati sunt, &c.

Ibid.

*Boët.
Avaritia non
terra solum
viscera, sed &
hominum est
scrutata.
Joseph.*

Incredibilis hæc sitis est in avaris, qui
adeo sunt impotentes, ut nemo eos co-
hibere possit. Mirum dicam: facilius est
imperare Soli, ut sistat gradum, quàm a-
varo, ne bibat. Memineruntne Josue?

*Avarum dis-
filius coër-
neris, quàm
Solem.
Jos. 7.*

Sol, ne movearis contra Gabaon. Stetitque Sol in medio cali, & non festinavit occumbere spatio unius diei. Idem præcepit militibus, ne quid de anathemate concupiscerent. Unus sibi aded immoderata vestem auream, & ducenta argenti drachmata, & regulam, auream tamen sustulit: & qui potuit Solem sistere, ne procederet, inquit Ambrosius, avaritiam hominum non potuit sistere, ne serperet. Ad vocem ejus Sol stetit, avaritia non stetit. Sole itaque stante confecit Jesus triumphum, avaritia autem procedente penè amisit victoriam, &c.

Ambros. 2.
off. 26.

Cupidi miserâ servitute serviunt divitiis, ac proinde non sunt domini, sed servi devincti catena divitiarum.

1477.

PUNCTVM LXVI.

Jerem. 16.
Nomi dñi sciant,
sed alieni.

August.
Psal. 48.

Lib. de vita
Erat. c. 26.
E. vel. 10.

Psal. 75.

Ambros. ibid.

Serviuntis Diis alienis, qui non dabunt vobis requiem die, ac nocte. Diis alieni sunt numi, quibus avarus die, ac nocte deservit. Alieni sunt, non proprii, quia non ille possidet, sed possidetur ab illis. Sic Augustinus. Qui cupiditate tenetur, possessus est, non possessor. Sic etiam Seneca: Divitiarum apud sapientem in servitute sunt, apud stultum in imperio. Ob hanc miseram servitutem sentit Ecclesiasticus, nihil esse iniquius, quam amare pecuniam. Quam ratione, ô Sapiens? Hic enim animam suam venalem habet: quoniam suarum est servus divitiarum. Quoniam in vita sua projecit intimam suam, id est, quia in argentum, & aurum, quæ plus quam vitam diligit, posuit viscera, & cor. Hinc tales à Propheta vocantur Viri divitiarum: & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis. Ubi Ambrosius. Bene viros divitiarum appellat, non divitiarum virorum, ut ostendat, eos non possessores divitiarum esse, sed à suis divitiis possideri.

In hoc sensu dixit etiam Job: Non sunt

A in manu eorum bona sua; ergo non sunt domini. Sic infert Gregorius. Bona, inquit, in manu habet, qui despiciendo temporalia sub dominio mentis premit: nam quisquis ea nimis diligit, se magis illis, quam sibi ipsa supponit. Multi justorum divites fuerunt, quorum mentem, quia eorum, quæ aderant, delectatio nimia non possidebat, bona illorum in manu erant, quia potestati animi subiecta tenebantur. **B** contra iniquitate se totis desideriis exterioribus rerum appetitionibus fundunt, ut non magis ipsi habita teneant, sed ab eis, quæ habent, captivâ mente teneantur, &c.

Non potestis Deo servire. & Mammonæ.

Perpulchra observatio Hieronimi non dixit se Dominum: Non potestis habere divitias, sed, Non potestis servire divitiis.

C Aliud enim est habere divitias, aliud illis servire. Job, inquit Chrysostomus, dives erat, non tamen pecuniæ serviebat, sed habebat divitias, et quæ, ut congruit, imperabat, nec erat famulus earum, sed dominus: sicut enim alieni patrimonii, hoc est, Dei dispensator, ita illa omnia possidebat, non modo aliena non rapiens, sed propria quoque indigentibus largiens, &c. hic non servit divitiis, sed huic divitiarum. Omnes servos divitiarum! Atud barbaros quosdam, inquit Tertullianus, quia verba vulgum est aurum, & copiosam, auro vincos in ergastulo habeat, & divitibus malos onerant.

D Si aurum abundans tibi est, vide, ne Deus aureis compedibus te obstrinxerit, ingemisse potius, &c. O quam his vinculis constructus Imperator ille Caligula, qui, ut Suetonius refert, contumacitandæ pecuniæ cupidine incensus, sæpe superimmissos auro acervos, patentissimo diffusis locis, & nudis pedibus spatiat, & toto corpore aliquando voluntas est. Ut jumentum in pulvere, ita Imperator hic in auro est volutatus.

E Eleganter Cyprianus de mancipio divitiarum: Suspirat, inquit, in convivio, vigilat in pluma, nec intelligit miser, speciosa sibi esse supplicia, auro se alligatum teneri, & possideri magis, quam possidere divitias.

Cypr. Episc. l. 2. ep. 2.

AVARI

Job. 21.

Greg. ibid.

Matth. 6.
Hier. ibid.

Chrys. hom. 22. in Matth.

Tertull. de habit. mul. Servi divitiarum miseri.

Sueton. in vita Calig. c. 42. Caligula pecunia intemperans amator.

Cypr. Episc. l. 2. ep. 2.

Avari suas adorant divitias.

PUNCTUM LXVII.

A est, ut suas opes, & sua monilia adama-
rent, & adorarent in vitulo conflato, ut
ait Clemens Alexand. Quisque suam auri
partem adoravit. *Clem. Alex. 2.*

*Dedi eis argentum, & aurum, ipsi vero ex
argento & auro fecerunt Baal. Laban de sub-
reptis idolis ex postulans ait: Furatus es
deos meos. Hebr. Furatus es cor meum. O avari-
ritiam! Non tam queritur de filiabus,
quam de aureis Deis, &c. Adorabat idola,
venerabatur aurum: nulla est cognatio,
nulla affinitas, ubi aurum intercedit.*

B Quin ubi de auro agitur, Deus contem-
nitur. Meminerint historiae in Num. Qui-
dam Michas domi idolum summo vene-
rabatur honore. Ejus maxima cupido in-
cessit Tribum Dan. Adit quidam Sacer-
dotem idoli, & multis ab eo precibus
contendit, ut huic Tribui illud con-
cedat. Non faciam rem hanc, inquit Sa-
cerdos, domini mei idolum minimè tra-
dam. Quid agit ille? Approximat, & in
manu ejus multum auri deponit, & ait:
Subripe idolum, & veni nobiscum. Cum
is aurum videt, idolum subripit, & pergit:
& amatum idolum Tribui dat. O avari-
ritiam! Verè nihil iniquius, quam amare pec-
cuniam: hic enim animam suam venalem ha-
bet, vel ut transferunt alii, Deum suum
venalem habet, idolum pro idolo, &c.

C Cor illud avari demortui repertum
palpitans inter aurum, & argentum, oc-
clusum in scrinio, jussu S. Antonii Pata-
vini. Palpitabat cor quasi extrema suis
idolis exhiberet obsequia. Hic verè in vi-
tâ suâ projecit intima sua, & de hoc ve-
rum illud: *Et relinquent alienis divitias suas.*
Hieron. Interiora sua.

D Ephraim, qui sibi idolum invenerat,
non habet cor. Donaverat scilicet suis
idolis, &c. Hinc Salomon: *Divitias ne de-
deris mihi, ne forte satietus illiciar ad negan-
dum, & dicam, quis est Deus?*

E Ita certè. Abundantia temporalium,
& oblivio DEI frequenter se comitan-
tur. Ephraim, & Manasses fratres fue-
runt. Ephraim, Hebr. fructificans, sive
frugifer, aut crescens. Manasses vero oblivio
interpretatur: quia fructificans, & cre-
scens in temporalibus, sæpè Deum solet
oblivisci.

*Aurum con-
tempsum Dei
adfert,
Num. 13.
Ecc. 2.
Avarus Deum
venalem habet*

*Psal. 40.
Hieron.
Osea 12.
Prov. 30.*

*Gen. 41.
Bonorum tem-
poralium copia
oblivionem
Dei adfert.*

1. ad Tim. 6.
*Avaritia ido-
latria parens.*

Inter vitia, quæ ad idololatriam homi-
nem perducunt, unum, & pricipale est
avaritia. Radix omnium malorum est cupi-
ditas. Et mox: *Quam quidam appetentes
erraverunt à fide.* Et toties: *Avaritia, quod
est idolorum servitus, &c. Quin ignoro, an
Apostolus unquam de avaritia verba fi-
ciat, quia protinus non subdat: Quod est
idolorum servitus.*

Isai. 5.
*Repleta est terra argento, & auro. Mox: Et
repleta est terra idolis.*

Osea 12.
*Et dixit Ephraim: Dives effectus sum (&
quem Deum adoras! Idolum.) Inveni ido-
lum mihi. q. d. hoc adoro, hoc mihi Deus
est Hebr. Inveni vim mihi. q. d. hoc au-
rum vi quodammodò me ad sui cultum,
ac venerationem attrahit, curvat mihi
cordis genua, ut illud adorem.*

Hebr.

3. Reg. 12.
*Aurei dij mul-
tos facile invo-
nere cultores.*

Consilium diabolicum id fuit Jero-
boam, qui cum vellet ad idolorum cultum
perducere populum, formavit idola, vi-
tulos illos non æreos, aut plumbeos, sed
aureos, ut scilicet eo colore, & valore
corda pertraheret. Et quidem res ad vo-
tum successit: Excogitato enim consilio fecit
Jeroaboam vitulos aureos, & factum est ver-
bum hoc in peccatum. Ut conflavit populus!

Matth. 4.

*Si cadens adoraverit me, hac omnia tibi da-
bo, &c. Sic, sic putavit ad idololatriam
pertrahere. Nec mirum, cum Patres eo-
rum olim similiter vitulum aureum ado-
raverint, dicentes: Isti sunt Dij tui, Israel.*

Exod. 32.
Chryf. ser. 29.

*quise, &c. De quo Chrysol. Aurum, in-
quit, Judaicum populum sic captivavit
aspectu, vicit illecebris, specie præcepit,
ut hoc esse Deum crederent, & Deum ve-
rum, Deum tot beneficiis cognitum de-
negarent. Isti sunt Dij tui, Israel. Sed quo-
nam modo, quæso, Dij, si non nisi unicum
erat idolum? Contulerant nimirum tam
mulieres, quam viri, ad vitulum suos an-
nulos, & in aures, quibus pro more orien-
tis utebantur, ut ait Tertull. & sic factum*

Tertull. cont.
Ind. c. 1.



Ezech. 8.
Hebr.

Levit. 19.
Exod. 20.

Hebr.

Corn. à. Lap.
& Oleari. in
Levit. 19.
Gen. 2.
Numi sunt
deiculi noctis.

Psal. 73.

Camp.
Chald.

Hieron. &
August. ibid.

Psal. 113.

Abominaciones illas templi, illudque terga vertere, illud thurificare, illud plorare recordamini. Unde tantæ idololatricæ: Ex avaritia. In ostio templi erat idolum zeli. Alii: Idolum, vel statua possidentis, q. d. Intus omnis abominatio. Miramini, si intus adorant idola, qui publicè profitentur avaritiam? &c. In Levit. Nolite converti ad idola, nec Deos conflatiles facietis vobis. Sic in Exodo: Non facietis Deos argenteos, nec Deos aureos. Quod apud nos, inquit Rupert. Abbas, idem est, ac si dicatur: Non studebitis avaritiæ, nec servietis Mammonæ. Tropologicè avarus sibi Deus facit aureos, & argenteos, & ad idola convertitur, dum aurum, & argentum pro Deo habet. Pro (Idola) Hebr. Elelim, id est, vanitates, res vanæ, & nihili, qualia reverà sunt argentum, & aurum. Cornelius à Lapide dicit, Elelim esse diminutivum ab El, id est, Deus, q. d. Deiculi, numi sunt tui Deiculi. Oleari dicit, Elelim, idem esse quod Deus noctis. O quam verè Deus noctis. Terra erat inanis, & vacua, & tenebra erant super faciem abyssi (avari), qui est veluti immensa abyssi, tenebrosa abyssi.

David: Repleti sunt, qui obscurati sunt terra domibus iniquitatum. Quid sibi vult, Obscurati terra? Est phrasi, Hebræa, hoc est, terra umbrosa, obscura, opaca, obscuritate terræ, umbra terræ. Camp. Tenebrosa terra a domiciliis scelere repleta sunt. Chal. Obscuritas dispersa est super terram, & dolus, & rapina, domibus iniquitatum, non domo, sed ipsis plenis domibus iniquitatum. D. Hieronym. Repleti sunt tenebris terra habitationes iniqua. D. Augustin. Multi attendunt ad terram, obscurati sunt, & repleti sunt terra, intravit in oculos eorum pulvis, & excæcavit eos. D. Gregor. Tenebra animæ est divitiarum cupido, hæc interponitur inter Deum, & animam, lumenque gratiæ eclipsat. Ut hoc lumen eclipsatum erat in illis, qui ut ait Apost. Obscuratum habebant intellectum, & cor obcecatum avaritiâ! Deus noctis. Heu! heu! simulacra gentium (non minùs forsitan hodie, quàm olim) argentum, & aurum. Hanc avaritiam idololatricam suis coloribus opti-

me depinxit Chrysofost. Habent, inquit nonnulli pecunias, & his uti non audent, sed intactas ad alios transmittunt, & tantquam dona deo dicata tangere minimè audent, quòd si quandoque coguntur, tantquam ad nefas aliquod timidè veniunt. Præterea tantquam quis idolum, aurum, & claustris, & vectibus cohibent, pro templo arcam præparantes, & argenteis vasibus abscondentes. Non ita aurum adoras, ut ille idolum? Intra: Idolis quidem boves sacrificant Avaritia, offerunt mihi animam, inquit, & persuadet. Vide, quas habet aras, quæ libamina accipiat, &c.

D. Augustin. in quandam competentiam trahit verba illa tanto Dei amore plena: Quis nos separabit à charitate Christi, &c. Sic avari: Quis nos separabit à cupidine auri? tribulatio, angustia, an fames, &c. Certus sum, &c. possunt & avari dicere auro: Propter te vivimus tota die, &c.

Audite me duro corde (hi sunt avari) Septuag. Audite me, qui perdidisti cor (post idola)

Va vobis, duces cæci, qui dicitis: Quicumque juraverint per templum, nihil est, quicumque autem juraverit in auro templi, debitor est. Sed unde? quia scilicet magis venerantur aurum, quàm templum. Ita Chrysofost in Carena, Pharisæi aurum, quo delectabantur, & dona, quibus pasciebantur, sanctiora dicebant esse, quàm ipsum templum, ut homines promptiores facerent ad offerenda dona, quàm ad preces fundendas in templo. Et Hieronym. ibidem relatus: Totum hoc illi faciebant, non ob Dei timorem, sed ob divitiarum cupiditatem.

Cum videritis abominationem, qua dicta est, &c.

Hæc abominatio, secundum Hieronym. est idolum in templo, & mystice avaritia, & quæstus studium in personis spiritualibus. In templo scapulis altari conversis Solem illi adorabant. Idolum zeli, statua possidentis, homines spirituales ad orientem conversi: videbantur ibi esse pro Deo, & erant ibi pro lucro. Quis hoc de his credidisset? Fode parietem, & vide.

Chryf. hom. 64. in Ioan.

D. Aug. ser. 10 de Sanct. Rom. 8.

Isa. 46. Septuag. Matth. 23.

Chryf.

Hieronym.

Matth. 24.

Ezech. 8.

& vide.

*Et viabris abominationem, cupiditatem mi-
nistrorum, &c.*

*Deut. 7. Non concupisces aurum, & argentum, &
ex quibus facta sunt sculptilia, quia abomina-
tio est Domini Dei tui, &c.*

*Num. 22. Quor videntur longè esse ab avari-
tiâ, caque pleni sunt! Balaam: Si dederit
mibi Balach plenam domum suam argenti, &
auri, non potero immutare verbum Domini
Dei mei. Sed quid est, quod toties inter-
rogas, an Dominus permittat, ut vadas?*

*Rupert. Explorat nimirum, inquit Rupert. si fortè
permitteret Dei patientia, quod ut faceret,
persuadebar ardens cupiditas. Ire voluis-
set mercede effusus, & ivit: & ut observat*

*D. Aug. q. 48. August. magnæ confusionis occasionem
in Num. habuit, quod prohibitionem Domini per
Angelum factam asina transgredi non au-
sa est, quâ ille victus cupiditate transgre-
di est conatus. Quin aliud in hoc animad-
vertite, quod dum se ab itinere præpediri
vidit, cepit totus ira percitus animal per-
cutere: Vinam gladium habebat, &c. &
licet animal locutum sit, non exterritus
tamen ille est, sed dialogizavit cum eo, &
excandescens illud proculdubio intere-
misset, nisi commodi proprii memoriam
animal in mentem illam avaram reduxis-
set: Nonne animal tuum sum? Mox etenim
ille quievit nec ultrâ asinam percussit: se
tamen tam alienum ab omni quæstus cu-
pidine monstrabat, &c.*

*Dixit Dominus ad Moysen: Cito re-
cesserunt de via, feceruntque sibi vitulum con-
flatilem. Ubi Ganfredus: Mira res? Au-
thor hujus idololatriæ, Sacerdos fuit.
Quam debent cavere spirituales, ne hoc
vitio afficiantur, ac inficiantur. Apoc. 12.
Cauda draconis traxit tertiam partem stella-
rum: Cauda draconis est argentea, & au-
rea. Hæc stellas trahit, Judam è caelo a-
postolico, & quotidie multos, &c. Sta-
tim ac intrat avaritia in spiritali-
bus, actum est, non est
charitas, &c.*

*Exod. 32. Ganfredus. Ubi Ganfredus: Mira res? Au-
thor hujus idololatriæ, Sacerdos fuit.
Quam debent cavere spirituales, ne hoc
vitio afficiantur, ac inficiantur. Apoc. 12.
Cauda draconis traxit tertiam partem stella-
rum: Cauda draconis est argentea, & au-
rea. Hæc stellas trahit, Judam è caelo a-
postolico, & quotidie multos, &c. Sta-
tim ac intrat avaritia in spiritali-
bus, actum est, non est
charitas, &c.*

*Exod. 10. Rupert. ibid. Idem Rupertus de illis Ægypti tene-
bris, quæ tales erant, ut tribus diebus
nemo*

*Avaritia dirimit charitatem, pa-
cem, ac unitatem
scindit.*

PUNCTVM LXVIII.

DIVUS Chrysoſt. Meum, ac tuum, fri-
gidum illud verbum, & quicquid
malorum est in vitam nostram invehens,
innumerâque Gignens bella: frigidum
verbum, mox ut hoc meum, ac tuum in-
trat, inter quoslibet bella gignit.

*Et nihil invenerunt omnes viri divitia-
rum in manibus suis. Alii pro, viri divitia-
rum, habent, viri bellicosi, bellum; scili-
cet, & divitiæ idem sunt. Viri bellicosi. Alii:
Viri exercitus, &c.*

C Notat Chryſolog. quod statim ac pater
dedit duobus illis fratribus substantiam,
divisi, ac separati sunt. Facultates, inquit,
unitatem scindunt, fraternitatem sepa-
rant, parentum perdunt, ac violant cha-
ritatem. Quin senior spiritalis videns
aliquid damni in reditu fratris, vitali sci-
licet illius, timens suum dispendium, in-
dignatus est: unde exclamat Chryſolog.
O zeli livor! duos non capit domus am-
pla germanos: livor scilicet, ne ille plus
aliquid haberet.

Aubr. de livore filiorum Jacob: Quid
miraris, inquit, si propter fundum, aut
domum oriuntur inter fratres jurgia,
quando propter tunicam inter Jacob san-
cti filios exarsit invidia?

Et quid duo illi gemelli in ventre ma-
tris? Collidebantur. Hieron. calcitrabant.
Aquila, confringebantur. Symmach. collu-
Habantur, quasi palæstritæ: uterque scili-
cet nitebatur prior exire, ut fieret primo
genitus. E visceribus matris! Mysticum
hoc in Ecclesia, inquit Rupertus, &
Hugo Card. sed in plerisque domibus rei,
de qua agitur, figura.

Idem Rupertus de illis Ægypti tene-
bris, quæ tales erant, ut tribus diebus
nemo

*Avaritia diri-
mit charitatem*

*Psal. 75.
Hebr.
Divitia idem
quod bellum.*

*Luc. 15.
Chryſ. ser. 1. de
duob. filiis.
Fratrium di-
cordia de mini-
mo nascitur.*

*Ambros. l. de
Joseph. c. 2.*

*Gen. 25.
Hieron.
Aquila.
Symmach.
Rupert.
Hugo Card.*

*Exod. 10.
Rupert. ibid.*

Avaritia similitudo tenebrarum Egypti.

acmo videt fratrem suum: Quid tenebrosius, inquit, oculo nequam? hic neminem proximum agnoscit, cupiditate namque preoccupatus animus non videt fratrem suum, non agnoscit proximum suum. Avaritia dirimit, sed charitas unit. *Ordinavit in me charitatem.* Ex Hebr. *Glistinum eius super me charitas.*

Cant. 2. Hebr.

Hanc ne Apostoli discinderent: Nolite, inquit Salvator, possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris, neque peram in via, neque virgam. Cur hæc, quæ tantoperè videntur necessaria, Apostolis interdixit? Ut & incentiva litis, inquit Ambrosius & instrumenta eriperet ultionis.

Gen. 13.

Absit omninò ab omnium animis hæc auri cupiditas, hoc proprii commodi studium: statim enim ac intrat, dividit patrem à filio, & fratrem à fratre, patruum à nepote. Ut pertinuit Abraham, ne charitatem, & amorem erga nepotem perderet (inquit Scriptura) quòd nec poterat eos capere terra. Ubi Ambrosius. Seculare vitium, ut divites terra non capiat, nihil enim satis est divitem cupiditati. Cœperunt pastores iurgari inter se, &c. Mox Abraham nepotem vocat: Mi nepos, jam res familiaris inter nos vertitur in controversiam, optimum est consilium, ut loco potius, quàm amore dividamur. *Si ad dexteram jerus, ego sinistram tenebo, &c.*

Gen. 48. Fratrum concordia dirimitur inaequalis dispartio hereditatis.

Nolite agere de inaequali rerum divisione inter fratres, &c. Si quid uni ultra fratres reliquos patet testamento, vel legato relinquit, gladium relinquit. Jacob relicturus patrem agri extra partem Josepho, dixit: *Do tibi partem extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo.* Difficultas est, quid sibi velit his verbis, *quam tuli*, &c. cum clarissimè constet ex Gen. 33. pro eo agrum suum Jacob solvisse pretium. Omissis multis interpretationibus, præposito inservit expositio Hieron. in tradit, Hebr. gladium, & arcum hoc loco appellasse Jacob pretium, & pecuniam, qua agrum comparaverat: Est enim reverà arcus vulnerans fraternum amorem, & gladius unitatem prosciadens, si partem extra fratres alios alius accipiat.

Hieron.

A *Foderunt servi Isaac in torrente, & repererunt aquam (symbolum divitiarum) sed & iurgium fuit pastorum Gerara adversus pastores Isaac, dicentium: Nostra est aqua Quam obrem nomen putei, ex eo, quod acciderat, vocavit calumniam. Sept. injustitiam, Chald. Vatab. iurgium, sive ut habet Vatabl. & Clar. Clar. contentionem. Foderunt autem & alium: pro illo quoque rixari sunt, appellaveruntque eum inimicitias, sive odium, ut dicit Vatablus.* *Gen. 26. Sept. Chald. Vatab. Clar.*

B Semper nimirum in effodiendis aquis divitiarum, quæ sicut explere nequeunt, iurgia sunt, semperque rixæ: mundus enim tantam non habet aquam, &c. donec ora ponamus ad perennes illos celestium aquarum fontes. Sic dicitur ibi: *Profectusque inde fodit alium puteum, pro quo non contenderunt. Itaque vocavit nomen eius latitudo, &c. aut quod paulò inferius repetit. Vocavit nomen eius abundantiam, Hebr. saturitatem.* *Hebr.*

Quantum indignetur Dominus contra eos, qui spiritum profitentur, dum videt in eis aliquid avaritiae.

PUNCTVM LXIX.

I *Dolum illud possidentis, dicitur ob hoc. Ezech. 8. dolum zeli, &c. Dum in templo Sacerdotes vidit vendentes, non potuit, sic dixerim, se cohibere, quia propriis manibus flagellum arripere, &c. Zelus domus tue comedit me. Zelus, & zelator, Græcè, qui ægrè patitur injuriam. In aliis peccatis, aliisque personis patientiam cernitis, ubi agitur de spiritualibus huic vitio deditis, flagellum arripit, evertit aurum, &c.* *Matth. 24. Græc. Ezech. 22. 19.*

Ego comploxi manus meas super avaritiam, &c. Terrifica verba, comploxi, &c. non manum meam, sed manus, &c.
Ephraim fractus est iudicio, quoniam cepit abire post sordes. Quæ sunt istæ sordes, decla- *Osee 5. Chald.*

declarat Chald. Quoniam cepit abire post Mammonam iniquitatis.

Quam immunis omnino Job ab omni labe avaritiae, & inordinato rerum terrenarum affectu!

Job. 1. Job purus ab omni avaritia

Putabat Satan, affectum illum Jobi erga Deum, affectum fuisse avaritiae, non puri amoris; propter divitias nimirum, quas ab ipso met Deo acceperat, non autem propter ipsum Deum (qua scilicet ratione perfectissime amari dignus est) ab eo fuisse dilectum. Nunquid frustra Job timet Deum? &c. q. d. Non est amor purus, sed aurifitius: & ut eum Deus comprobaret avulsum ab omni rerum affectu, omnibus eum spoliavit rebus. Spoliatus quomodo dolet? quomodo? &c. Nihil: Dominus dedit, Dominus abstulit.

Job. 37.

Et quia in interiori latentem aliquem divitiarum affectum posset aliquis suspicari, dicit idem ipse: Si vidi Solem, cum fulgeret, & Lunam incedentem clarè, & latatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam, ore meo, &c. Veniant mihi, &c. Imprecatur, &c. Quid hoc? Miratur Chryl. st. cujusdam sceleris genus videre Solem, &c. Per Solem, & Lunam, rerum harum mutabilium infelix felicitas designatur. Nunc, inquit Job: Deus, qui abscondita novit, novit me nec in abscondito lætatum super his rebus, &c. Ubi Nicetas: Plerosque invenias, qui palam contemptum præferant divitiarum, in mentis autem latebris cupiditatem pecuniae alunt, atque occultant. Job autem agebat: Si vidi Solem cum fulgeret, q. d. nec oculum ad concupiscentiam oculorum levavi, nec minimam his de rebus cogitationem habui: quod si oculos, & cor post se hæc pertraxissent, credidissent me gravissime deliquisse. Et quo peccati genere, ô Job? Idololatriæ. Hoc sibi vult: Si vidi Solem, cum fulgeret, & Lunam incedentem clarè, & osculatus sum manum meam ore meo. Hoc est, nunquam ut idololatra auro, & argento curvavi genu, & osculatus sum manum in signum reverentiae: non adoravi divitias, nec in abscondito quidem. Avari in latebris pecuniam habeant, inquit Nyssenus, &c. si externè non

Nicet. ibid.

Nyssenus.

Sperant. a Scriptura selecta.

A quærunque divitias, forsitan in cordis latebris perquirunt, &c.

Job. 50.

Et de hoc, quasi de perfectè ab omni inordinato rerum affectu avulso gloria batur Deus: idè omnibus hujus vitæ bonis eum privavit: idè ad nuditatem redegit, ut eum talem ostenderet. An putas, inquit juxta Septuag. me aliter tibi respondisse, quam ut appareas justus? vel ut legit Nazianzen Num es cæsus, me aliam ob causam hæc in te decrevisse, quam ut justitia tua alucescat? Quem locum elucidat Theophanes inquit: Quam aliam ob rem permisi, ut tentationes te invadereat, nisi ut justus appareas, & justitia tua, vivendi ratio, amorque erga Deum ipsi Diabolo, omnibusque hominibus, qui erunt, usque ad consummationem mundi, manifestentur? Quid hic præcipue sibi vult: Ut justus appareas, vel ut justitia tua elucescat?

Sept.

Hoc, nimirum, ut appareat omnibus, cælo, & terræ, te nihil de hisce rebus usurpare, nec his minimum hærere, sed mox libero affectu omnia mea mihi reddere. Dominus dedit, Dominus abstulit, &c.

Quam sit potens tentatio cupiditatis.

D PUNCTUM LXX.

Dives effectus sum, inveni idolum mihi. Aliqui ex Hebr. Inveni vim mihi. Inveni scilicet, qui mihi veluti dominus vim inferat, meque violenter opprimat ad instar tyranni. Sic Nazianzen. orat. 24. Aurum est occultus tyrannus. Ut tyrannizatus pauper, ac miser ille Balaam à propria auri cupiditate, &c. Pecunia obediunt omnia Hebr. Pecunia respondent omnia. Nemo etenim dignatur respondere pecuniae: ac pauperi ne verbum quidem. Sept. Pecunia humiliantur omnia. Sicut enim trahuntur Principi omnes magna submissione reverentiam exhibent: sic pecuniae omnes genuflectunt, quia ad terram usque procidunt. Oseas: Dives effectus sum: inveni idolum mihi: hoc est, ipsas divitias, pro quibus adoror, &c.

Osea 12. Hebr.

Naz. orat. 24. Num. 22.

Eccl. 10.

Hebr. Aurum occultus tyrannus.

Sept.

Osea 12.

Quam potens sit auri fames, ex eo Gg negativo

Exod. 10.

negativo præcepto Exodi satis habetur: *Non facietis vobis Deos aureos, & argenteos*; quia, scilicet, ut auri attracti adorabitis eos. Tentator, ut una tentatione in sine reliquis omnes, quasi epilogo amplecteretur, Dominum tentavit de avaritia. Dicit D. Paulus Christum Dominum tentatum per omnia. Sed quomodo? Ambitionis, iræ vitii, &c. tentatus non fuit. Respondet Chrylost. tentatorem in hac omnes conclusisse, ac collegisse tentationes, sicque ut generaliter, & particulariter tentaret, de avaritia tentavit, &c.

Jerem. 6. **¶ Quam sit commune vitium avaritia.**

Avaritia commune generis nostri vitium. A minimo usque ad minorem omnes student avaritia, à Propheta usque ad Sacerdotem, &c. Pondera, Omnes, nemine excepto, student, dedita opera, omni ingenio, arte, intentione; attentione; student, ut discant, qua possibili via, & arte ditefcant omnes frequentant scholam avaritiæ, &c. A minimo usque ad minorem, à Propheta usque ad Sacerdotem. Hic est oculus eorum in universa terra, &c. Amphora, nimirum, avaritiæ, quæ, ut ait Greg. dicitur hominum torius mundi oculus, &c.

Zach. 5. Huc facit, quod septima phiala avaritiæ diffusa ab Angelo in aërem sic omnibus communem, ut hoc facto intelligas, quam sit commune vitium avaritiæ, &c.

Apoc. 17.
Virg. ibid.

Quot mala veniant ex avaritia.

PVNCTVM LXXI.

D. Thom. 1. 2.
9. 48. art. 1.
Eph. 15.
Avaritia cur malorum omnium radix dicitur.
Radix omnium malorum est cupiditas. Uitur Apostol. arboris metaphora, quæ consistit in hoc, quod sicut radix toti arbori præstat alimentum; ita per divitiarum, quasi per arboris radicem, homo acquirit facultatem perpetrandi quodcumque peccatum. Sic D. Thom. *Avaritia, quod est idolorum servitus*; non dicit unitus idoli, sed multorum, nam & idolo ven-

tris, & inanis gloriæ, &c. servit avarus, &c.

Ubi ostium, in quo erat idolum zeli, (vel Hebr. idolum possidentis) intraveris, omnes abominationes videbis. Vel *Mulieres plangentis Adonidem*, &c.

Illi, qui præcipites in omne facinus procerunt, *Desperantes*, inquit Apostol. *tradiiderunt se in omnem immunditiam*, & quasi causam primariam reddens, subdit, *In avaritiam*, &c.

Lunaticus ille, typus eorum, qui mutabilia diligunt, *modo in ignem, modo in aquam* proniciebatur à Dæmone; quia nimirum cupidi de igne iræ præcipitantur crebro in aquam luxuriæ, & ab uno vitio in aliud.

Difficile exiit negotians à negligentia *Eccl. 26.* (cultus Dei.) Alii: *A deceptione.* Græcè: *A Alij delicto.* A quonam? ab omni, &c. ingere, &c.

Disperierunt omnes involuti argento. Sept. *Soph. 1.* *Disperierunt, erecti erant in superbiam, & pauperes despiciabant.* Superbia, & divitiarum, & pauperum contemptus, ut plerumque simul!

Ornamenta monilium suorum in superbiam posuerunt, &c. Ubi Hieron. *Quæ ego dederam, inquit Dominus, in ornamentum possidentium, illi verterunt in superbiam: ut de quib. poterant per elemosynas suam animam liberare; ex illis haberent materiam arrogantia.* Ex divitiis superbia. *Idè (quia divites) tenuit eos superbia.* Pagnin. *Idè instar torquis coronavit eos superbia.* Ubi Chald. *Idè circumdedit eos superbia.* Ubi Prosper 3. de vita contemplant. c. 7. cupiditas, & superbia in tantum est unum malum, ut nec superbus sine cupiditate, neque sine superbia cupidus possit inveniri, intellige occasionaliter, ut sic loquar, & ut in pluribus. Subdit: *Operti sunt iniquitate, & impietate suâ, prodijt quasi ex adipè, iniquitas eorum, & transfugerunt in affectum cordis.* Vel juxta alios: *In picturas cordis; hoc est, quæ in imi pectoris tabulâ mens scelerata sibi depinxit scelera, ea omnia perpetravit.*

Idè divitiarum, ceu tot malorum occasiones, ex oculis Deus nobis abstulit, & cea mater, quæ obfutura abscondit, thesaurus

Psal. 71.
Pagnin.
Chald.
Prosp.

Alij.

auros in secretioribus terræ visceribus abdidit, licet multi eos effodiant, unde plorans ille: Heu! inquit, quis primus, &c. & alius: Effodiuntur opes, irritamenta malorum, de quibus David: *De absconditis tuis adimpletus est venter eorum*, &c. *Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam*; si in hanc solam cor meum permiseras inclinari, omnia tua testamenta, & præcepta transgrediar, &c. Omnia mala ex diuitiis. Job: *Ab Aquilone venit aurum optimum*. Alius: *Ab Aquilone pandetur malum*. Ergo ex auro omne malum, &c. occasionaliter nimirum.

Psal. 118.

Iob. 11. Ierem. 1.

Signum est malum, inordinatus hic amor habendi.

PUNCTVM LXXII.

Auaritia signum reprobationis.

UNum ex reprobationis signis est, faciem in terram conuertisse, & ferè nunquam oculis ad cælum levare, quin statuisse oculos declinare in terram. *Oculos suos statuerunt* (ex intentione & obfirmato animo) *declinare in terram*. Hominem, qui terra est, terram quandoque respicere non mirum, sed statuere oculos declinare, hoc malum est.

Gen. 4. Hebr.

Cain terrenus totus.

Ad Cain: *Quare concidit facies tua?* Cain. *Vir agricola*. Hebr. *Seruus terra*. Alii *Vir acquisitionis*. Cain primus civitatem ædificavit. Vide terreni studium: totus erat in ædificando in terra, unde ajunt nonnulli, aded excæcatum amore terrenorum, ut nonnisi hanc præsentem vitam crediderit, ut propterea Abel abnuentem occiderit.

Abel cali civis

Non legis Abel vel domum ædificasse, nam civis Cæli, advena terræ properabat ad civitatem, quæ habet vera fundamenta, &c. *Si sustinuero, Infernus domus mea est*. Vatabl. *Si ædificavero, Infernus domus mea est*.

Iob. 17. Vatabl.

Isa. 47. Idem 52.

Maledictio in animam terrenam: *Descende, sede in pulvere, filia Babylon, sede in terra*. Sed audi e contra: *Excutero de pul-*

A vere, *consurge, sede Jerusalem, solve vincula colli tui, captiva filia Sion*. Solve solve hos terrenorum affectuum laqueos.

Serpentis maledictio: *Terram comedes cunctis diebus vite tue*; hoc est, homines terreni, & qui terrena sapiunt, quique semper veluti immundi repunt, tuus cibus erunt. Sic Rupertus.

Gen. 4. Homines terreni cibis demonum.

B Hi sunt, qui radices in terra egerunt. *Vidi hominem firma radice, & maledixi pulchritudini ejus statim*. Hic sunt radicati, & fundati.

Iob. 5.

Per simili maledictione damnatur in *Psal. 68. Et dorsum eorum semper incurva, Fecit Deus hominem rectum: ille per affectum se curvat*. De hoc Bern. *Quid indecentius in homine, quam cum erecto corpore curvam gerere animam? O curvæ in terras animæ!* exclamat Nazianzenus.

Nazianz. Psal. 43.

Humiliata est pulvere anima nostra, conglutinatus est in terra venter noster.

C In Apocalypsi Joan. vidit volitantem aquilam, & comminantem. *Væ, væ, væ, habitantibus in terra*. Triplex certè væ, ut quædam Glossa ait, correspondet habitatoribus terræ. laboris in opibus parandis sollicitudinis in conservandis, doloris in amittendis. Væ ex observatione Scripturæ dicit pœnam Inferni, &c.

Apoc. 8.

Devoravit eos terra (terrenus amor) *Numer. 15. Aperiens terra os suum devoravit eos*. *Isai. 29. De terra loqueris, & de humo audivitur eloquium tuum* (ob amarem terrenorum.) *Thren. 2. Effusum est in terra jecur tuum*. *Osee 7. Ephraim non habens cor* (quod habent divitiæ) *Matth. 9. Vbi est thesaurus tuus, ibi, &c.*

Exod. 15. Num. 15. Isa. 29. Thren. 2.

Quod ambulat super manus ex cunctis animalibus, quæ incedunt, quadrupedia, immundum erit.

Osee 7. Matth. 6.

E Hic fodit in terram, & abscondit pecuniam Domini sui; intellectum nimirum (talentum) abscondit in terra, dum eo non utitur, nisi cogitando terrena, &c. O si hoc talentum expenderet bene! &c. sed abscondit, &c.

Levit. 11. Matth. 25.

Anima cupida figuratur per filiam *Luc. 13. brachæ, quam alligavit Satan, quæ inclinata erat, nec poterat sursum aspicere*. Nota, non poterat,

Gs 2 poterat,

Poterat, &c. quia cupidi nihil cogitant de æternis, sed penitus curvantur, ac figuntur in terrenis.

Levit. 21.

Homines terrenorum typus tribus Ruben, & Gad.

Levit. 21. *Gibbosi non intrabunt in templum.* hoc est, intra velum, nec accedebant ad altare. Gibbosi sunt, qui incurvatur ad terrena per terrenorum affectum. O quã difficilè hi templum Cæli intrant, nisi gibbum deponant, ut Magi fecerunt, prostermentes se, & offerentes aurum! Hac illi curvatione sunt erecti, & in templum admissi.

Num. 32.

Illi ex Tribu Ruben, & Gad trans Jordanem inventis pascuis, ac pratis, sic ad Moysen locuti sunt: *Terra uberrima est ad pastum animalium, precamur, si invenimus gratiam coram te, ut des nobis simulacrum eius in possessionem, nec facias nos transire Jordanem.* Non poterat melius exprimi præcatorum character. Erant juxta promissionis terram, Jordanem oportebat eos transire, & facili pugna victoriam referre, ac terræ possessionem capere: & ut benè pascerent animalia, quibus alendis toti erant addicti, *Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.* Hieron. Figur. & Pagnin. *Despuerunt, vel respuerunt.* Chald. *Adominati sunt terram considerabilem;* ibique perpetuo remansissent. Signum est præcatorum, qui inventis pro sensibus hisce pascuis, nolent transire Jordanem, *Fluvium iudicij, sive descensionem.* hicque perpetuè, & libentissimè remanent, parvipendentes terram illam, &c. O insensatos terræ amatores, qui nihil aliud cogitant, quàm pascere hæc animalia! & ut observat Origen. & inter modernos Oleaster, nihil sibi, rotum verò pecudibus oprant, ut benè hi sensus pascantur, de anima nihil, de Cælo nihil, de terra viventium nihil. Vellent stulti perpetuè vivere in terra morientium: & licet creati sint, ut inter Angelos computentur, contenti essent perpetuè esse inter animalia, &c. Verè animalia, &c.

Psal. 104.

Hieron. Figur. Pagnin. Hebr. Chald.

Ovig. hom. 26. in Num.

Homines terreni perpetuè vivere in terrâ vellent.

Gen. 4.

Oleaster.

Perer.

Supert. ibid.

Ecce ejcis me hostis à facie terræ, à patria mea jucundissima, & fertilissima, inquit Oleaster, & Pererius. Hoc timet scilicet, ne agricolari sibi non liceat, inquit ibidem Rupert. ne terram, quam solam amat, vel præsentem vitam pro admissio facino-

re perdat. Hoc certè primum terræ amatores deplorant: *Da mihi portionem substantiæ.* Græcè, *μή μοις*, essentia istius, vitæ istius, cum additione articuli, qui Græcis excellentiæ est, istius excellentis. *Qua me contingit.* Græcè, *qua mihi coherens est*, cui cor meum affixum, & conglutinatum est, aded ut aliam minime desiderem. O quot huic perfimiles terræ adherentes, terræque affixi!

Luc. 14. Græcè.

Psal. 67.

An non tales illi, de quibus Propheta: *Qui educit vincos in fortitudine, similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulchris* Ad literam, & ad perdifficilis loci intelligentiam, Pharao Hebræorum plerosque ad suas latomias, ac lapidinas damnarunt, unde illi miserè, veluti in sepulchris, degabant: ab his tamen (quis crederet) regè nimis extrahi passi sunt, divinique fortitudine brachii fuit opus, ut educerentur. Placebat nimirum, esse sub terra Vetè talpæ oculos non habentes, quibus cælum viderent.

At non sic illi, de quibus dicitur: *Recti diligunt te.* Qui sint autem recti, exponit Alanus, dum ait: Hi sunt, qui non incurvantur ut animalia; sed disinguntur, &c. 1

Can. 3.

D Quàm facile avari damnentur, & quàm difficile divites salventur.

PVNCTVM LXXIII.

TAm facillè damnantur avari, ut unica insufflatione in veniantur in Inferno. Tyri mercatori illi per os Propheta Ezechielis: *In multitudine iniquitatum tuarum, & in iniquitate negotiationis tuæ polluisti sanctificationem tuam.* Subdit: *Producam ergo ignem de medio tui, qui comedat te, &c.* De medio, nimirum de peccatis, quæ tot, tantæque ex corde illius exeunt, producit ignem Inferni, qui eum in sempiternum devoret, isque secum fert ignem Inferni, qui per quàm facile excitatur.

Avarorum facilis damnatio. Ezech. 29.

Hinc

Dan. 3.

Hinc Nabuchodonosor dicitur fecisse statuam auream, eamque statuisse in campo Dura provincia Babylonis. O idolum avaritia, quam multi te venerantur! Cadentes omnes populi, tribus, & linguarum adoraverunt statuam auream. At quam longè à vobis ignis Inferni? Ne latum unguem. Eodem loco, quo curvabant genua, inveniebantur in Inferno. Hoc sibi vult Dura. Pyra, scilicet ignis. Pyrascit nimirum ignis Inferni pro hominibus avaris.

Hebr.

Mich. 6. 10. Divitia iniqua ignis.

Adhuc ignis in domo impij thesauri iniquitatis, mensura minor ira plena. Quidam sunt, quæso, thesauri, ac divitiarum iniquitate, ac dolo comparata? Ignis, inquit Propheta, quo miseri torquentur. Fodiat, fodiat impius sibi thesauros iniquitatis, aurum congreget, coacervet argentum, unde miser divinam in se iram thesaurizet. Demat frumenti, olei, cæterarumque rerum mensuram, minoramque faciat, ut eam Deus ira impleat: quantum etenim deerit mensuris, tantum eis adjicietur ultionis, ac iræ divinæ, ut compleantur.

Jacob. 5.

Agite nunc, divites, plorate ululantes in miseris vestris, quæ adveniunt vobis. Divitia vestra putrefacta sunt. Aurum, & argentum vestrum aruginavit, & arugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras, sicut ignis. Thesaurizatis vobis iram in novissimis diebus.

Sep. 15.

Sept.

Hæc est causa, quæ redditur damnationis illorum in Sapientia: Quia (dicitur ibi) assimaverunt lesum esse vitam nostram, & conversationem vitam compositam ad lucrum. Septuag. Et damnationem quasi suam, & oportere unde quaque, etiam ex malo, acquirere, &c.

Amuch. 3.

Vbi sunt, qui argentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines? Ad Inferos descenderunt.

Job. 9.

Terra data est in manus impij. Gen. 25. Filius autem concubinarum largitus est munera (in presenti) Prædestinati vox: Pars mea Dominus, propterea expectabo eum, substantia mea apud te est. Portio mea, Domine, in terra viventium.

Matth. 10.

Quæ verò difficile salvetur dives testatur Salvator dicens: Facilius est camelum intrare

A per foramen acus, quam divitibus ingredi in regnum calorum. Sententia, quæ in admirationem convertit sanctos Apostolos: Et mirati sunt dicentes: Quis ergo poterit salvus esse? Sed, quid dicitis, o Apostoli? Quis poterit salvus esse? Pauperes, qui tot numero sunt veri, & voluntarii pauperes, nam quam plurimi sunt voluntate divites. Quis ergo poterit salvus esse? nam divites difficillimè salvantur, &c. In potentibus salus dextera ejus, hoc est, si potentes, ac divites salventur, opus est divinæ dextere, &c.

Divites difficile salvantur.

Psal. 39.

Gen. 23.

Dum Jacob pauper exiit, vidit scalam Angelis ascendentibus, ac descendentibus plenam, quasi dicerent: Via hæc humiliter paupertatis attrita est facillima est. At dives effectus apud Laban, cum domum rediit, plures quidem obvios habuisse narratur, sed eum maxime, à quo benedictionem impetravit, verum post lucram, post preces, post lacrymas, postquam ita emarcuit nervus femoris ejus, ut propterea claudicaret, quò nimirum intelligeret, hanc se benedictionem ea assecutum lege, ut unico tantum pede terram contingeret, & eam inordinate non amaret, ne cæcis cælestium gratiarum benedictionem amitteret.

De juvene, qui omnia à juventute precepta servasse professus est, inquit Origenes, quòd ubi audivit: Si vis perfectus esse, vade, & vende, quæ habes, & da pauperibus, cœpit scalpere caput, & non placuit ei: Erat enim, inquit Evangelista, habens multas possessiones, unde abiit tristis. Quia idem Origenes, Basilius, & Hieronymus ajunt, mentitur juvenem, quòd præcepta à juventute servasset, si enim præceptum de dilectione proximi coluisset, non ita dives fuisset, sed dispersisset, ac dedisset pauperibus: nec, ut bene notat Hieronymus, dum audivit: Vade, & vende, quæ habes, & da pauperibus, tristis abiisset.

Matth. 19.

Origen. Basil. Hieron.

Requiritur gratia valde particularis ad convertendum, & evellendum hominem divitiis inhaerentem. In spiritu (non quovis, sed) vehementi conteres naves Tharsis. Hæ naves auro onustæ tectio quoque anno ex Ophir veniebant, ad

Psal. 47.

Gg 3 cont.



conterendas autem hasce naves gratia maxima necessaria est. Quid aliud fuit illud: *Veni, & sequere me*, dictum Matthæo, quam ventus vehemens, qui navem illam auro onustam contivit: ut deinde posset dicere: Naufragium passa essem, nisi naufragium passa essem, &c.

Psal. 83.

Adeo periculosa est divitis salus, ut possit dici: *Posuisti firmamentum ejus, formidinem*. Quodnam divitis firmamentum? Divitias vocent alii firmamentum: ego, inquit David, appello formidinem, &c. Itaque dies fundatus est supra timorem, &c.

Exod. 15.

Cum videmus aliquem statim effectum divitem, de divitiis sic comparatis dici potest: *In spiritu furoris tui congregata sunt aqua* (divitiarum istarum) hoc est, in eum iratus permisisti, ut res ad votum succederent, ac dives fieret, &c.

Psal. 72.

Apo. 13.

Ecce ipsi peccatores, & abundantes, &c.
Faciet bestia, ne quis possit emere, aut vendere, nisi habeat characterem bestia, aut nomen, aut numerum nominis ejus.

Gen. 48.

1. Tim. 6.

Græc.

Sinistra (temporalium) *super Manassem* (Hebr. oblivioni traditum.)

Qui volent divites fieri, &c. qua mergunt hominem in interitum. Græc. *Qua mergunt hominem in profundum.*

Divitie pondus sunt.

PVNCTVM LXXIV.

Luc. 16.

Aurum mergit hominem,
Bernard.

Est aurum natura grave, qui mirum, sic mergit hominem? *Mortuus est dives. Quod descendit cum onere divitiarum? Et sepultus est in Inferno.* Aliud est, ait Bernardus, calcare profundum divitis aquis, aliud ipsas aquas calcare: hoc certe majus, & hoc tempore gratiæ, quo cum Petro super aquas, non cum filiis Israel onustis auro in fundo plerique hodie gradiuntur. Cur illi in profundo maris, Petrus verò supra mare? Quia Petrus reliquit omnia: illi auri, & argenti onere prelli ab aquis sustineri non poterant.

D. Augustinus ad illa verba, *Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te*, bene ait: Petre omnia reliquisti, & non ad infipientiam tibi, sciebas enim, quòd Christum nudum sequi non poteras oneratus.

D. August. Math. 12. Petrus sapienter reliquit omnia.

Divitiæ pondus sunt, sub quo non facile dives surgit. *Vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine.* Nota, sedentem: gravabatur scilicet onere divitiarum, stare non poterat, & vocis Christi manus erat necessaria ad eum sublevandum: *Surge, & sequere me.*

Math. 9.

Abraham dives valde. Hebr. *gravis valde*, vel *ponderosus multum*. in Hieronymo, in Hebr. sequitur: *Abraham gravis vehementer.* Ægypti enim pondere gravabatur, & licet videantur divitiæ esse pecoris, auri, & argenti; tamen si Ægyptiæ sint, viro sancto, graves sunt. *Gravis ergo vehementer*, cili ipse præ animi evulsione nunquam prægravatus.

Gen. 13.

Hebr.

Hieron. ad

99. Hebr.

Qui non habetis argentum, properate. Non dicit: *Properate*, divites: sciebat enim, eos non bene discurrere, qui sunt argenti pondere onerati.

Isa. 55.

Paupertas ex-

peditos facit.

Statua illa cui caput aureum, pectusque erat argenteum, non alatos pedes, sed tibias, plantasque ferreas habebat. Sanè ubi cor, caputque auro, & argento immersum est, non alas expectes, nec leves pedes ad currendam mandatorum viam, sed ipso ferro, terraque graviores,

Dan. 2.

Disperierunt omnes involuti argento. Heb. *Sophon. 1.*
Disperierunt omnes portitores argenti, vel onusti argento. Heb.

Sophon. 1.

Difficile est inter divitias sublevare cor ad Deum. Ad illa verba Genes: *Erat Abraham dives valde in possessione auri, & argenti, reversusque est per iter, quo venerat à Meridie in Bethel, ubi prius fixerat tabernaculum, & invocavit ibi nomen Domini.* Notat quidam Interpres, sanctum Patriacham, ut Deo pro acceptis beneficiis gratias ageret, reversum esse ad paupertatis locum, quem antea habuerat. Unde colligitur, quàm sit difficile cor gravatum divitiis sublevare.

Genes. 3.

¶ *Terræ cupiditates, & divitie sunt re-*
tia, & labyrinthus.

Divitie sunt labyrinthus.

Laby-

1. Tim. 6.

Labyrinthus sunt divitiarum, inquit Apostolus: Radix omnium malorum est cupiditas (hæc porta est) quam quidam appetentes erraverunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis, &c. O labyrinthus! &c. Exibo ex illo negotio certè, &c. Quando? Es miser in labyrintho, &c. Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli.

Divites sunt curis agitati.

PUNCTVM LXXV.

Ezech. 26. Gen. 2. Divitiarum parentes. Hebr.

IN profundis aquarum (tribulationum dolorum) opes tuæ. Onychinus, ab ungue, nam Græci unguem ὄνυχον vocant, significatque rapacem direfcentium effectum,) invenitur in terra Hevilath, ubi nascitur aurum. Hevilath interpretatur dolens. O quot dolores in acquirendo, in conservando, in augendo! &c. Congruit & lapidis huius proprietates. Dicunt enim Onychinum tristitiam excitare, timores multiplicare, & animos ad lites, & rixas commovere. O quam responderet hoc naturale avaritiarum! Unde enim timores, tristitiarum, bella, & lites? Nonne ex concupiscentiis vestris? &c.

Iac. 4. 1. Luc. 8.

Aliud cecidit inter spinas. Theophyl. spinarum instar sunt, divitiarum sollicitudines. Unde si tetigerit eas quispiam, manus cruentas facient vulnera infligentes.

Et dolorum. 1. Tim. 6. Græcè. Exod. 8.

De his, qui volunt divites fieri, inquit Apostolus: Et inseruerunt se doloribus multis. Græcè: Et transfixerunt se doloribus multis.

Ex pulvere Ægypti orti sunt cyniphes. Quid divitiarum, nisi pulvis Ægypti? Ex illis cyniphes, id est, curarum, & sollicitudines oriuntur, quæ mentem pungunt.

Iacob anxius, quando dives. Gen. 2 s.

An sunt obliti sollicitudinum Jacob, dum dives cum armentis, famulis, & familia rediit ex Mesopotomia? O quot curarum! O quot timores! Divisit turmas, &c. Si percussisset Esau uxorem, &c. Libera me, Domine, &c. Sic congressus cum Angelo per totam noctem luctatus est, semihoræ somnum capere non valuit. At dum pau-

Securus, quando pauper.

per ivit, in nuda terra, reclinato supra lapidem capite, dulcissimè conquevit, mysticè illa visione perfruitus est, nihil per totam noctem somnum interrupit, quia tunc pauper erat, &c. Sed quando domum rediit, dives erat, & per consequens curis agitatus, &c.

Pauper ille dives Evangelii præ curis quiescere non poterat. Divitiarum nimirum quietem adimunt, sicutque veluti spinæ in lecto. Unde impossibile est conque-scere, &c. Quid faciam? O spinæ, quæ lacerant! Requiesce. Nihil minus: voluit sese, ac revolvit, &c.

Luc. 11. Divitiarum spinæ in lecto.

Ecclesiastes: Saturitas divitis non sinit eum dormire Arabicè: Aviditas in divitiis, non permittit ei aviditas ejus, ut dormiat, quasi diceret: Non tam divitiarum, quam aviditas illa divitiarum quietem, ac somnum adimit.

Eccles. 5. Arab.

Non plantabis lucum. & omnem arborem juxta altare Domini tui. Altare Dei est cor, lucus autem sollicitudinis terrenorum, ac noxia desideria, quæ juxta cor plantanda non sunt, ne cor sylvescat, fiatque habitatio bestiarum.

Deut. 16.

Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima. Syriacè: Et distraheris erga plurima. Martha. Hebraicè, irritans, vel provocans. Hoc malum in divitiis, turbatio hæc, sollicitudo hæc, distractio hæc.

Luc. 10. Syriac. Hebr.

De finali impenitentia quorundam avarorum.

PUNCTVM LXXVI.

APud Zachariam: Hæc est amphora egrediens, & ecce mulier sedens in medio amphora, & dixit: Hæc est impietas. Et projecit eam in medio amphora, & misit massam plumbeam in os ejus, & levavi oculos meos, & vidi, & ecce dua mulieres egredientes, & spiritus in alis earum. & habebant alas, quasi alas milvi, & levaverunt amphoram intercalum, & terram. Quid ista deserunt amphoram? Et ait Angelus: Ut edificetur ei domus

Zach. 5.

in terra Sennaar, & stabilisatur, & ponatur
ibi super basem suam, &c. Quot verba, tot
mysteria.

D. Greg. 14.
Mor. 27.

D. Gregorius in Moralibus: Volens
Deus Propheta ostendere humanum gen-
us, ex qua ab eo maxime culpa dilaba-
tur, per imaginem amphoræ quasi parens
os avaritiæ designavit. Avaritia enim
quasi amphora est, quæ os cordis in am-
bitum apertum tenet. Et dixit: *Hæc est ocu-
lus eorum in universa terra.* Multos obruti
sensus homines cernimus, & tamen eos in
malis actibus astutos videmus, Propheta
quoque attestante, qui ait: *Sapientes sunt,
ut faciant mala, bene autem facere nesciunt.*
Hi itaque sensu torpent, sed in iis, quæ
appetunt, avaritiæ stimulis excitantur,
& qui ad bona videnda cæci sunt, exci-
tantibus præmiis ad peragenda mala vi-
gilantes fiunt. Unde rectè de hac avaritia
dicitur: *Hæc est oculus in universa terra.*

Jerem. 4.

Talentum plumbi est ex eadem avari-
tia pondus peccati. Impietas in medio
amphoræ projicitur, quia nimirum in a-
varitia semper impietas tenetur. Massa
plumbi in os ejus mittitur, quia scilicet
impietas avaritiæ, peccati sui pondere
gravatur.

Huic impietati duæ mulieres, hoc est,
superbia, & inanis gloria conjuncti sunt,
quæ idè in alis suis spiritus habere di-
cuntur, quia in actionibus suis Satanæ
voluntati deserviunt. Habebant alas
quasi alas milui, quia actiones earum
Diabolo sunt proculdubid similes, qui in-
sidiatur semper vitæ pullorem, hoc est,
parvulorum. Elevatur amphora inter,
&c. quia superbia, & vana gloria habent
hoc proprium, ut eum, quem infecerint,
in cogitatione sua semper super cæteros
homines extollant. Qui inter cælum, &
terram, & ima deserit, & superiora mi-
nimè attingit: sic superbia, & inanis glo-
ria mentem per avaritiam honoris ca-
ptam ita elevat, ut quoslibet proximos
despicientes, quasi ima deserant, & alta
gloriantes petant, qui tamen superiori-
bus civibus minime junguntur. Inter cæl-
lum itaque, & terram feruntur, &c. *Sen-
naar, factor dicitur eorum: & sicut bonus
odor ex virtute est, Paulo attestante, qui*

2. Cor. 2.

A ait: *Odorem virtutis sua manifestat per nos in
omni loco, quia Christi bonus odor sumus: ita
è contrario fœtor ex vitio: & quia quod-
libet malum per avaritiam gignitur: idè
dignum est, ut domus avaritiæ in fœtore
construatur. Vel Sennaar, turris confusio-
nis est, quæ scilicet turris Babylon dicitur,
confusionis Tartaræ avari domus
absque dubio edificatur. Hucusque Grego-
rius. Tunc impietati domus erigitur, *Ribeca in
hunc loc.*
B id est, firmum habet in illis hominibus
domicilium, & ponitur super basim, cum
sine timore ullo Dei studet quis avaritiæ,
& cum hoc studio moritur, &c. Nabal
Carmelus, ut avarus, cui ob immisericor-
diam Emortuum est cor intrinsecus, & ipse
factus est quasi lapis, &c. Nabal, id est, stul-
tus, & ut stultus mortuus est. 1. Reg. 25.*

Dives ille parabolæ, &c. *Hominis cuius-
dam divitiæ uberes fructus ager attulit, & co-
gitabat intra se dicens: Quid faciam, quia non
habeo, quod congregem fructus meos? Et dixit:
Hoc faciam, destruam horrea mea, & majo-
ra faciam, & illuc congregabo omnia, quæ na-
ta sunt mihi, & bona mea, & dicam anima
mea: Anima, habes multa bona posita in an-
nis plurimos, requiesce, comede, bibe, opulare.
Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte ani-
mam tuam repetent à te, quæ autem parasti,
cujus erunt? Luc. 12.*

D Singula verba ponderat Ambrosius. D: *Ambr. ser.
64. & l. de Na-
but. 6. 7. & l.*
Notat hic primò benignitatem Dei, qui
nò statim avari cupiditatem punit quin-
immo & reconditas divitias novis quan-
doque, & adventitiis cumulat, si fortè
cum aliquando nimietate ipsa satiaturum
ad sensum humanitatis adducat, ani-
màmque per abundantie nimietatem
suadeat aliquid de indigentibus cogitare.
Hac ratione ager hujus, boni nihil opera-
turi, uberes attulit fructus, velut magis
E magisque Dei patientia noscatur, dum ad
hujusmodi homines beneficia suæ beni-
gnitatis extendit. Sed quæ à Deo præ-
bentur etiam ingratis, ista sunt: terræ fœ-
cunditas, æris temperies, fructuum læ-
titia, & bonæ subsidia, & omnia, quibus
anni proventus secundis successibus ad-
impletur. Quæ verò ab homine proce-
dunt, hæc sunt: angustus animus, & pa-
rum putans omne, quod nascitur ejus abun-

abundantiz semper deesse aliquid, computans, impertiendi cuiquam causam nullam idoneam putat.

*Lib. de Nabu.
Avari divitiis
mira pauper-
um.*

Quid faciam? inquit. Nonne hæc pauperis vox est, non habentis subsidia vendi? Egens omnino huc, atque illuc respicit, scrutatur hospitium, nihil invenit ad usum alimenti, considerat nihil miserius, quam fame confici, & cibi indigentia mori, quærit mortis compendia, & tolerabiliora abeundi supplia rimatur, arripit laqueum, suspendit laqueum, ignem adoler, explorat venenum, & inter hæc, quid eligat, dubius dicit: *Quid faciam?* Deinde vitæ hujus suavitate revocatus cupit revocare sententiam, si possit vivendi substantiam reperire, aspicit nuda omnia, vacua omnia, & ait: *Quid faciam?* Unde mihi alimenta? unde vestitus? Volo vivere, si habeam, quomodo possim vitam hanc sustinere, sed quibus cibis, quibus subsidiis? *Quid faciam?* inquit, quia non habeo. Clamat dives, se non habere, pauperatis hic sermo est. De inopia queritur abundans fructibus: *Quid faciam?* Quis non talem misereatur? Quis non infelicitatem ejus doleat? Angustatur ex abundantia, constringitur, & coarctatur ex opulentia, infelix in presentibus bonis, infelicio in futuris, & ut video, ager ei non tam reditus largiores, quam gemizus artulit graviores: terra ei non fructuum copiam, sed curarum molestiam germinavit: ita ut curis, & mœroribus stimulat, egentibus, & esurientibus similes perferat cruciatus, egeni siquidem vox ista est: *Quid faciam?* Unde cibos, unde vestitus habeo? Eadem conqueritur, & dives: *Quid faciam?* Ubi recondam? Vides, divitem nec opimis copiis posse lætari, sed mentem ejus absument affluentia, dum nullo intellectu humanitatis admonitus sentire non potest, id sibi abundare, quod aliis deest. Hæc, ô dives, opes magis tibi commissæ sunt, quam concessæ, quare miror, quod nescias, quid tibi de illis faciendum sit: consequens est, ut aperias horrea, & repleas esurientes animas pauperum, & dicas: *Si quis sit, veniat ad me, & bibat. Quid faciam?* Parata, ait Basilius

Sperantia Scriptura selecta.

Basil. hom. 6.

A hom. 6 tibi responsio fuerit, ô dives: esurientium animas explebo, aperiam horrea, vocem emittam magnificam. Quicumque panibus egeris, venite ad me. Sed non habeo, inquit, quod congregem fructus meos, & dixit: *Hoc faciam. Destruam horrea mea.* Putares dicere illum: Aperiam horrea mea, ingrediantur, qui tolerare famem non queunt, veniant inopes, intrent pauperes, repleant sinus suos, ut quid ego abscondam, cui Deus fecit abundare, quod largiar? Ut quid repagulis portarum claudam frumenta? Audiant hæc, quibus Deus totum replevit camporum ambitum, & victu abundant. Est spes avaro, si respicit pauperem, rumpantur vetusta horrea messibus novis, imitabor sanctum Ioseph, & clamabo voce magna: Venite pauperes, edite panes meos, expandite gremium, suscipite frumentum, fecunditas, divitiæ, totius orbis abundantia, omnium debet esse fertilitas. Tu verò non hoc dicis, sed ais: *Destruam horrea mea.* Rectè destrues ea, quibus nullus pauper onustus revertitur: rectè destruet, quæ sapienter ædificare non novit: destruet sua dives, qui nescit æterna: destruet horrea, qui non novit sua frumenta dividere, sed claudere.

Amb. l. de Nab.

Basiliius: *Destruam, &c.* Benè facis, nam iniquitatis horrea digna sunt, quæ destruantur. *Et misera,* inquit, *faciam.* Infelix; Vel id dispensato pauperibus, quod pro sumptu ædificationis impendis

C *Es illuc congregabo omnia, quæ nata sunt mihi, & dicam anima mea &c. Habes multa bona.* Nescit avarus bona, nisi ea quæ stultitia sunt, nominare: sed acquiesco ei, ut bona dicantur, quæ sunt pecuniaria: cur ergo de bonis facitis mala, cum de malis bona facere debeatis? Scriptum est enim: *Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis.* Ei ergo qui uti sciat, multa bona sunt, ei, qui uti nesciat rectè, mala. Bona sunt, si aperias horrea, ut si panis pauperum, vita egentium, oculus cæcorum, orbatorum infantium pater. Habes, unde facias: quid vereris? tua te voce convenio, habes multa bona in annos multos posita, potes & tibi, & alias abundare, quid destrues horrea

*D. Ambr.
Divites castum bona vocant, quæ sunt quæstiosa.*

*Luc. 6.
Bona temporalia quando, &c. quibus bona.*

H h rca

rea tua? Ostendo tibi, ubi melius tua frumenta custodias, ubi benè sapias, ubi fures ea tibi auferre non possint: include ea in corde pauperum, ubi nulla tinea, nullus gurgulio consumat, nulla corrumpat vetustas. Habes apothecas, inopum sinus: habes apothecas, viduarum domos, habes apothecas, ora infantium orphanorum, dicatur tibi: *Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem* Ista sint tibi apotheca, quæ maneat in æternum, ista sint tua horrea, quæ fecunditas futura non destruat: nam quid iterum facies, si tibi plus natum fuerit anno sequenti? Iterum ergo & illa destrues, quæ nunc facere paras, & majora facies? Dat enim tibi fecunditatem Deus, ut aut vincat, aut condemnet avaritiam tuam, quod excusationem habere non possis.

Psal. 8.

Osee 10.

Ambr. ser. 64.

Stultitia nota æternis cruciatibus major.

D. Aug. ho. 38.

Seminate, seminate vobis ad iustitiam. Esto spiritalis agricola, sere, quod tibi prodest: bona ratio in corde viduarum. Si terra tibi reddet fructus uberior, quàm acceperit, quàm magis misericordiam remuneratio reddet multipliciora, quàm dederis?

At tu nihil tale cogitas, sed tuam animam malignis consiliis affligens, cogitas abundantiam Dei humanam facere penuriam, & addis: *Anima mea, &c.* Nonne, si dici potest, muti animalis vox illa est? si enim iste porcina animam habuisset, quid ei aliud, quàm manducandi, & bibendi bona nunciare debuerat? Nec mirum, ipsius enim venter Deus sibi erat, & totus servus erat carnis. Sed audi. & homo, dignam appellationem, quæ te non hominum quisquam, sed ipse Deus appellat. At enim: *Stulte, hac nocte, &c.* Ipsius illis æternis cruciatibus major est stultitiae nota: qui enim paulò post erat rapiendus à vita, quæ cogitatur? *Destruam, inquit, horrea, &c.* & dicam: *Anima mea, &c.*

D. Augustinus hom. 38. O cæcitas avari! una nox ei superabat, & de multorum annorum vita cogitabat. Aderant, qui animam repeterent, qui pignus huius vite revocarent, & ille adhuc ad animam de opulentia loquebatur, & hac nocte animæ auferendæ dicebat: *Anima mea, ha-*

A *bes multa bona, &c. Sic est, qui sibi thesaurizat, & non est in Deum dives.*

Stulte, hac nocte. Assistunt jam, qui repositum animam tuam, & tu adhuc differes operum fructus tuorum? Adhuc tibi tempora vivendi longa meditaris? *Stulte, hac nocte.* Anima tua, avaræ, repositur: à tenebris incipit, & in tenebris perseverat: avaro semper nox est, dies iusto, &c. Gregorius 25. Mor. 2. In nocte ablata est anima, quæ considerationis lucem habere noluit.

Amb. l. de Nab.

Greg. 25. Mor. 2.

B

Stulte, hac nocte, &c. Cyprianus de oratione Dominica: Lætatur stultus in fructibus ipsa nocte moriturus, & cui vita jam decrat, victus abundantiam cogitabat. Concludit Ambrosius.

Cyprian. de orat. Domin.

C

Qua autem parasti, cuius avum? Quid quotidie meriris, & numeras, & obsequas? quid aurum trucas? argentum ponderas? Quam melius est liberalem esse dispensationem, quàm sollicitum custodire? In avarorum persona David: *Miser factus sum, & curvatus sum, terram versus usque in finem (ad mortem.)* Mysticè dici potest, usque in finem, id est, quousque veniat Christus: *Psal. In finem, hoc est, in Christum, &c.* qui docens me contemptum terrenorum, exemplo suæ pauperitatis me erigat, alioquin semper curvatus ero, &c.

Psal. 37.

D

Divitiarum non sumus domini, sed dispensatores.

PVNCTVM LXXVII.

Homo quidam erat dives, qui habebat villicium, Græcè, *æconomum*, domus dispensatorem. Sic eum appellat Hieronymus epist. 151. ad Algasiam.

Luc. 16. Græcè.

O quàm bonum, si nos non dominos, *Divitiarum* sed dispensatores crederemus! Primum nemo dominus, hoc discamus, inquit hoc loco Theophylactus, quod non sumus domini divitiarum (ut putamus) sed dispensatores alienarum rerum, quæ à Domino nobis creditæ

Theoph. ibid.

ditæ sunt, ut illas benè dispensemus, sicut ipse imperat.

Chryss. ser. 125. Chrysologus: In terra nos debemus sentire villicos, dominos non putate, pro rogationis temporaria ministerium suscepisse, non invenisse jus perpetuum possidendi.

D. Bern. ser. 4. de Adventu. Divitiæ verè, & propriè non sunt nostræ. Sic Bernardus: Quid vobis cum terrenis divitiis, quæ nec veræ, nec vestræ sunt? Si vestræ sunt, tollite eas vobiscum: sed homo cum interierit, non sumet omnia.

D. Chryss. hom. 2. ad pop. Hinc Chrysostomus. Sæpius risi testamenta legēs dicentia: Ille quidem habeat agrorum, vel domorum dominium, usum verò alius: omnes enim usum habemus, dominium autem nemo: nam in fine aliis cedemus, divitiarum usu solo decerpto, dominio autem nudi, & orbari ad aliam vitam migrantes.

Exod. 9. Phil. 1. de Cherub. Mens est uni-versa terra, dicit Dominus. Ergo Deus sibi omnium vendicavit dominium, inquit Philo, usum verò fructum distribuit suis subditis: (& quid inde educat, audite.) quodd si cognosceremus, curaremus, tanquam res Dei, cogitantes morem esse Domini recipere sua, quando-cunque ipsi visum fuerit, sic & ademptas ferremus levius: nunc plerique omnes, dum æstimant hæc sua esse propria, privati copiâ eorum, & egentes opprimuntur tristitiâ.

Levit. 23. Homines cogitant se colonos Dei. Idèd Dominus in Levitico: Terra, inquit, non vendatur in perpetuum. Rationem subdit: Quia mea est, & vos advena, & coloni mei estis. O sinos advenas, & colonos Dei putaremus, si relinquere terram jubermur, ut æquo animo ferremus! Sic affectum probaturus dixit ad Abraham? Exi de terrâ tua. Et quia suam non putavit, ut subitò exivit! Advena, & colonus erat, qui non se putabat dominum, sed colonum.

Luc. 16. Si in alieno fideles non fuissetis, quomodo mercedem accipietis? Audis hæc tua non esse, sed aliena? O quam utile hoc punctum! Divitiæ nostræ non sunt nostræ, sed Dei, & divitiarum sumus dispensatores, non domini. Ex hac consideratione quid Sancti colligebant? Quam parum sibi, quam fideliter, & copiosè aliis commun. D. Carolus ad eò strictus sibi ipsi dispensator, ut non-

A nisi parum panis, & aquæ, ut canis innoxius catenæ, acciperet. D. Greg. in Pontificatu, pauperimo quodam Eremita pauperior, ut Christi catenis arctissimè se cōstrinxerat. Ut non prostraverunt se ventre secus flumina fluxibilibus, sed ambulantes, solâ manu aquam gustabant, aut nec gustabant! Sed ut fidelis dispensatores, ut liberales cum aliis! Unde? Quia se Dei dispensatores existimabant.

B Qui se tales existimant, libenter distribuunt, nec tristantur, cum distribuunt, nec cum illis res auferuntur: quin rapinam bonorum cum gaudio suscipiunt, quod majoris virtutis est, inquit Chryl. quam eleemosynas facere. Nec mirum, tenent enim ea, quæ possident, ut res Dei, sicut verè sunt? fidelissimè dispensaturi, si Deus vult, si permittat auferri, patienter latari.

Iob. 29. Job dum bona habebat, ut bonus dispensator? Pater eram pauperum: sed ubi ablata sunt: Sit nomen Domini benedictum. Dispensatorem, non dominum se putabat.

Hæc consideratio, inquit Philo, facit curare res, tanquam res Dei. Joseph œconomus in Ægypto, ut investigabat Scripturas rationis, ut Chaldæus habet, ut diligens œconomus hominis: O quam diligentiores deberemus nos esse, ut œconomi Dei!

D Divitiæ bonæ, vel malæ ex usu esse dicuntur. Si benè divitiis uteris, bonæ sunt, si malè, & malæ sunt, quia malè uteris eis. Sed qui fieri potest, ut ex eodè fonte quis hauriat aquam dulcem, & amarâ? Cur non ibat Ægyptius ad flumen, & sanguinem hauriebat. Ibat filius Israël, & aquam dulcissimam hauriebat. O quam refert manus ad Ægyptii, aut Israelitæ! Sic, si tu pauperibus largissimè tribuis, divitiæ tibi sanguinis non sunt, bonæ sunt: si prodigis, ac dispergis in luxus, sanguis suat, malæ sunt, &c.

Luc. 19. Ambrosius ad illa verba: Ecce dimidium bonorum, Domine, do pauperibus. Discite, inquit, non in facultatibus crimen hæerere, sed in iis, qui uti nesciant facultatibus: nã divitiæ ut impedimenta improbis, ita bonis sunt adjumenta virtutis.

Dives, & pauper salvari possunt: si divitiæ malæ essent, divites salvari non possent.

Ludic. 7.

Phil.

Gen. 39. Chald. Joseph diligens œconomus.

Divitiæ ex usu vel bonæ, vel malæ.

Exod. 7.

Luc. 19.

D. Ambros.

Iob. 36.

H h 2 scat,

sent. Sed Deus potentes non abjicit, cum ipse A
sibi potens, quin tot divites salvati sunt, quia
nimiram divitiis bene usi sunt, &c.

Chryl. ser. 121.

Chrysol. in illud: Homo quidam erat di-
ves, & induabatur purpura, & bysso, &c.
Nunquid, ait, per se tantum divitiarum cri-
minosa sunt, aut sola & per se penes Deum
damnanda sunt vestes? & tantum per se
punienda sunt epulae, ut non solum care-
ant premio bonorum, sed omnium ma-
lorum ferant, & mereantur exitium? Aut
ita per se probata est, sanctificata mendici-
tatis, ulcera tam sacrata, ut Angelorum
manibus Abraham sancti rapiantur ad gre-
mium.

Gen. 30.

Et mirum, Fratres, quod Abraham
quondam dives, nunc divitem spernit, di-
cente Scriptura: Erat autem Abraham di-
ves valde. Et cum, quem habuit in bonis
praesentibus patrem, nunc reprobatur, & pa-
tetur esse poenalem, praesertim cum neque
pauperis hujus bona, neque mala divitis
illius prodiderit sermo divinus. Cur ergo
nunc Abraham ambit pauperem, divitem
refugit, & refutat? Aut quemadmodum
hunc Abraham innocentem habuere di-
vitiarum, criminofum? Illum promoveri ad
omnium requiem Beatorum, hunc in om-
nium malorum barathrum deputa-

Abraham be-
ne usus divitiis

runt? Abraham, Fratres, non sibi, sed pau-
peri dives fuit, & opes non habere, sed
propagare gestivit magis, magisque in
suo pauperis, quam in horreis recondere
suas studuit facultates, sicut toto vitae ejus
ordine perdocetur. At ille alter dives,
immo divitiarum captivus, servus opum,
& ipsis censibus compeditus, tantum
pompe immobile sepulcrum. in quo pie-
tatis totus utique & visus defecerat, &
perditus, non jam personam, non pau-
perem, sed ipsam misericordiam despexit
ad januam suam Lazaro sic jacentem. Pur-
pura, bysso, delicatis vestibus, epulis blan-
dis, ferrea viscera crudelis anima nutrie-
bat. Verum, verum est, quod dives
cum nec micam dare potest,
semper avarus
eget.

De affectu libero, et terrenis
evulso.

PVNCTVM LXXXVIII.

Viri Galilaei, quid statis? hoc est, Galilaei, Aet. 1.
statis? Peregrini, & viatores (hoc sibi Hebr.
vult Galilaei) & statis? Gregorius: Stultus D. Greg.
viator est, qui in itinere amœna prata Affectus sunt
conspiciens, obliviscitur, quod tendebat. à terrenis liberi

Non id unquam obliti sunt Sancti, quo-
rum cordibus fixa hæc inhaerebat cogita-
tio, peregrinos, non cives esse hujus ter-
rae. Fide (Abraham) demoratus est in terra
repromissionis, tanquam in aliena, in casulis
habitando cum Isaac, & Jacob, coheredibus Hebr. 12.

repromissionis ejusdem, expectabat enim fun-
damenta habentem civitatem, cuius artifex.
& conditor Deus. Mira affectus evulso! In
terra, quam sibi Deus repromiserat, demo-
ratus est. Græcè, Advena fuit, vel commi-
gravit. Noluit scilicet immorari, ut in
propria, sed tanquam in aliena. In casulis
habitando, in casulis à cadendo. In tuguriis,
inquit Anselmus, habitavit, non magna D. Anselm.
domorum ædificia construxit, sed parva Abraham af-
illi succederunt tuguria, quoniam mens sectu à terra
ejus aliò tendebat. In casulis, & tentoriis, evulso.

more viatorum, qui in alieno solo non æ-
dificant, inquit Gagnæus. Non enim hic
studuit ædificiis, aut possessionibus, sed
omniò liber, & expeditus esse voluit,
non possidens nec passum pedis. Sic in sua
concione Stephanus: Et non dedit illi Deus Aet. 7.
hereditatem in ea (terra) nec passum pedis. Ut
eum constructum tenuit: Nec tamen tur-
barus est, inquit Haymo, licet in terra sibi
repromissa, & semini ejus (Tibi dabo ter-
ram hanc, & semini tuo) quin ibi filium pe-
regrinum vidit, nepotem item peregrina-
tari conspexit, nec turbatus est: men-
tes eorum aliò tendebant, inquit Ansel-
mus.

Sed quoniam conceptus est D. Chry-
sostomi, ex ejus ore aureo audiamus: Tibi Chryl. ibid.
& semini tuo, inquit, non per semen tuum Gen. 15.
tibi,

tibi, sed tibi *et seminitus*, & nec ipse, nec Isaac, nec Jacob adepti sunt promissionem. Cur hæc sunt? Ut nos pudeat, quod illi quidem, cum promitterentur, quæ sunt in terrâ, non attendebant, sed futuram civitatem quærebant: nobis autem Deus sùsque deque de supernâ loquitur civitate, & eam, quæ est hic, quærimus. Dixit eis: *Dabo vobis, quæ sunt in present* & quoniam autem vidit, vel potius seipfos ostenderunt dignos esse majoribus, tunc non amplius sinit hæc accipere, sed illa majora, volens nobis ostendere, quod digni sunt majoribus, ut qui noluerint his alligari, tanto etenim studio abstinebant à terra, ut nec quæ dabantur, acciperent. *Expectabant enim fundamenta habentem civitatem.* Idèd his non afficiebantur ædificiis, quæ fundamenta non habent, hæc possessionibus non hærebant, sed ad supernas anhela bant. O affectum verè à terrenis evulsam! *Luxta fidem de sancti sunt omnes isti, non acceptes repromissionibus, sed à longè eas aspicientes, et salutantes, et consistentes, quia peregrini, et hospites sunt super terrâ.* Quali diceret: Supernas possessiones quærebant, quatum amore præsentis nihili faciebant: & licet illas in morte adipisci actualiter nondum possent, quin bis millibus, & ter millibus annis expectandum esset, à longè tamen more navigantium, ut Chrysostromus inquit, saltabant patriam, cuius amore peregrinationem hanc exilium computabant! Si tam perfectè à terrenis evulsi ob tam longam spem rerù cælestium, quanto magis conati essent, ut omninò liberi semper essent, & ab omni vel minimo terrenorum affectu, quo ne minimum tardarentur ab eo ingressa, qui nobis hodie latè patet? *Et idèd non confunditur Deus vocari Deum eorum.* Reddit rationem Anselmus, quia non in terra conspuerant, sed ad supernam patriam totis desideriis anhela bant. Hi non sige bant in terrâ tabernacula, sed modò hic, modò illic, ne hujus terre afficerentur, anhelu semper præ desiderio supernæ patriæ.

A dere, quæ corporeo non videntur intuitu, & ibi figere desiderium, quod nequeas inferre conspectum. O quam ibi fixerant desiderium! Alius illic civis, hic peregrinus: *Heu mihi!* (plorabar) *quia incolatus meus prolongatus est:* vel quia peregrinatio mea prolongata est. iis enim nimis longa videbatur, non tam propter tædium præsentium malorum, quam ob cælestis patriæ desiderium. Sic aliàs: *Si oblitus fuero tui, Jerusalem, si non proposuero Jerusalem in principio lacrimarum mearum; vel si non extulerero Jerusalem super caput lacrimarum mearum.* Quasi diceret: Non sit unquam mea Jerusalem hæc, quæ pedibus calco, ut eorum est, qui hic suam pacem volunt qui eam suis in substantiis ponunt: meam Jerusalem extuli super caput meum, &c. hoc sceptrum, hæc corona, hic splendor non me detineant, peregrinari me sinant: *Quia advena ego sum, et peregrinus, sicut omnes patres mei.* Ut erant avulsi!

B Mirum! Joseph in Ægypto totis nonaginta quatuor annis, quibus ferè ibidem imperavit, nullas possessiones coemit, nec ullas filiiis suis facultates reliquit. Verus filius Jacob, qui nec mortuus voluit esse in Ægypto: quod tantoperè miratus Rupertus. Quid est, inquit, quod Patriarcha tantus, civis cæli, cui totus mundus veluti exilium fuit, tantoperè de corpore suo curavit, & seridè scire voluit, quo loco pulvis in pulverem, & cinis reverteretur in cinerem? Videlicet, quia terra promissionis, terra Dei erat, exemplum vivis de dis mortuus, ut in spe patriæ cælestis pignus requiem æternam hæreditatis, idèd etiam post mortem peregrinus huc, illucque deserti mandavit, ut ostenderet, nullam requiem, nisi in futura terra promissionis haberi, & possideri à justis posse.

C O quam degeneres illi, qui mox mox ingressuri terriam promissam, ubi Jordanè transissent, inventà citrà Jordanem terrâ aptâ alendis pecoribus petierunt, ne ultra progredi cogerentur, contenti ibidem remorari ad impinguanda pecora! O quot per similes his, qui si possent, nunquam vellent transire Jordanem (descensionem) vellent enim vivere semper, ut semper hos sensus

David peregrinus mundi, civis cæli. Psal. 119. Hieron. ex Hebr. Genes. ibid. Psal. 137. Felix. Psal. 38. Gen. 38. Joseph nullas in Ægypto possessiones emis. Gen. 46. Rupert. ibid. Etiam post mortem peregrinari voluit. Num. 32. Hb 3 pasc-

Patres Veteres quàm alieni à terrâ!

Isa. 2.

Hebr. 1.

S. Leo ser. 2. de Ascens.

Pascere, & impinguarent! De his dici potest: *Et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.* Miseri, qui obliuiscuntur se esse peregrinos, quos prava uidentia detinent, quos exilium delectat, &c.

Tales olim filii Israël in captiuitatem Babylonicam perducti, pro quibus orans Propheta Daniel exauditus dicitur *ex die primo*, quo posuit cor suum, ut se affligeret in conspectu Domini, unde precibus suis liberationem obtinuit. Sic Cyrus ex observatione Lyrani, primo regni sui anno, permisit illis, ut redirent, qui tamen non prius, quam eiusdem anno tertio redierunt. Unde hoc? Rex permittit, Deus item. illi tamen à captiuitate non exeunt. Quid eos temerabatur! Affectus terræ Babylonicæ, in qua plurimas diuitias comparauerant, & in qua plurimos jam annos uixerant, unde ferè amplius exire non curabant. Sic oportuit, ut Daniel trium hebdomadarum jejuniis, nihil penitus comedendo, multisque lacrymis ab illâ radicâ affectione eorum corda diuelleret. Qui lugentes olim, *Super flumina*, &c. nunc diuelli nequeunt. Quàm cavendum, ne paulatim affectus inhaereat!

Viscum est terrenarum rerum affectio. Sic Augustinus: Quod amas in terris, impedimentum est. Viscum est spiritualium pennarum, quibus in altum anima leuatur. Generosa illa aquila in Job ad præceptum Dei elevata, in arduis ponit nidum suum, non in uiscatur.

Primi illi Christiani, ut à terrenis euulsi! Apostolus ob id eos omnes uocat sanctos. Sic passim in epistolis: *Salutate Sanctos. Salutant uos Sancti.* Græcè, ἀγαπῶσι, sine terra.

De pedibus iustorum loquens Propheta in Psalmo ait: *Stantes erant pedes nostri in atriu tuis, Ierusalem.* Quæ forma dicendi hæc? Pedes in pedibus stabant? Omnino, dum iusti super articulos pedum eriguntur, id est, dum uix nullo affectu terram contingunt, *in atriu*, jam sunt Ierusalem.

Profectus ergo Iacob, *uenit in terram orientalem.* Ambrosius. *transfert, Eleuans Iacob pe-*

des, abiit in terram Orientis. & subdit: Separatus à peccatore Esau (qui hanc terram diligebat) eleuari statim, ac cælo appropinquare cœpit.

Seneca: Quàm contempta res est homo, nisi supra humana se erexerit! Tunc quidem iurat inter sydera ipsa uagantè, diuitum pavimenta ridere, & totam cum auro suo terram: non illud tantum dico, quod egressit, & signandum monetæ dedit; sed & illud, quod in occulto seruat posterorum auaritiæ. Nec potest ante contemnere porticus, & lacunaria ebore fulgentia, & consiles sylvas, & derivata in domos flumina, quàm totum circumueat, & terrarum orbem supernè despiciens, angustum, & magna ex parte opertum mari, sibi ipse dicat: Hoc punctum, quod inter tor gentes ferro, & igni diuiditur! O quàm ridiculi sunt mortalium termini! Punctum est illud, in quo navigatis, in quo bellatis, in quo disponitis regna. Sursum ingentia spatia sunt, in quorum possessionem animus admittitur: at ita, si minimum secum ex corpore tulit, si sordidum omne dererit, & expeditus, leuifque ac contentus modico, emicuit.

Terrena calcanda sunt. Psalm. *Omnia subiiecisti sub pedibus eius.* Cælum super caput est, sic sicut cælestia: terra sub pedibus est, terrena. Actor. 4. Primi illi Christiani afferebant pretia eorum, quæ uendebant, ad pedes Apostolorum.

Hic pecuniæ locus, pedes, non caput. Ad pedes, ait Hieronymus epist. 8. ut ostenderent, pecunias esse calcandas. Act. 3. *Argentis, et aurum non habeo.* subdit Ambrosius: sed nec requiro. Clemens Alexandrinus orat. ad Gent. Ego calcare terram didici, non adorare. Et alibi: Sapiens mundi bona non diligit, ne humi remaneat. Tertull. in Apol. Terram suspenso pede tenemus.

Morti proximus Patriarcha Jacob pedes suos collegit super lectulum, & obiit, sese colligens, ait Ambrosius, præsentibus se rebus subdixit, quod quia egit in uita, facile & egit in morte.

D. Hieronymus ad illa uerba Micheæ 2. *Surge, & ambula, quia non est tibi hic requies.* Jubemur, inquit, in nullis mundi rebus

Sen. l. 1. nau. 99. in Pref.

Terra tota punctum.

Psal. 8. Terra calcanda. Act. 4.

Hieron. ep. 8. Act. 5. Ambros. Clem. Alex. or. ad Gent. Tertul. in Apol.

Gen. 49.

D. Ambros.

D. Hieron.

Lyrani. ibid.

Israelitarum in terram Babylonicam profectus.

D. August.

Iob. 30.

Phil. 4. 2. Cor. 13. Græcè.

Psal. 118.

Gen. 29. Ambros.

rebus putare nobis requiem, sed ad sub-
lime tendere.

*Habentes alimenta (non blandimenta)
& quibus tegamur (& non quibus orne-
mur) his (præcisè) contenti sumus. 1. Tim. 6.
Est quæstus magnus, pietas cum sufficientia.
Alii: Quæstus magnus, pietas cum animo suâ
sorte contento.*

1. Tim. 6.
Alij.

Joh. 1.

*Nudus egressus sum de utero matris meæ, &
nudus revertar illuc. O felicem! sed ô felici-
ciorem, qui non expectat, ut ignis, ven-
tus, & Dæmon bona auferat, sed præ-
venit, & pro Deo se ipsum exiit! &c.*

Amos 2.

*Is unus fuit D. Franciscus, qui fortis
inter fortes nudus aufugit ad (Episcopū) an-
re quem verè dicere poterat: Nudus egres-
sus sum de utero matris meæ, & nudus rever-
tar illuc. æstuabat nimirum calore, chari-
tate flagrabat, ob id indumenta projecit.
Diligebat Ionathas David, quasi animam
suam: nam expoliavit se tunica, qua erat in-
dutus, & dedit eam David, & reliqua vesti-
menta sua usque ad gladium, & arcum suum,
& usque ad balneum.*

Joh. 1.
S. Franciscus
cur vestimenta
abiecit.

1. Reg. 18.

Joh. 1.

*Denudatus miles cum nudo hoste pu-
gnaturus, ubi Job rebus se omnibus spo-
liatum intellexit, surrexit, & scidit vesti-
menta sua, & tonso capite, &c. Origenes &
Gregorius scissionem, abjectionemque
vestium eorum inquit esse propriam,
qui prælium sunt iniriuri: nudi cum nudis
luctari debemus. Sic Gregorius, Non nisi
nudos in stadium lex certaminis deducit.
Hoc nimirum sibi voluit Franciscus, vesti-
menta abiecit, ut nudus cum nudo hos-
te congrederetur, neve haberet, unde te-
neretur. Quis similis tui in fortibus, Do-
mine? Franciscus, contra quem Lucifer
ter devictus, ut ait Bernardinus Senen-
sis, sexaginta millia Dæmonum atma-
vit.*

Origen.
Gregor.

Nilus,

Franciscus
quàm fortis!

Judic. 7.

*In libris Judicum jussit Deus Gedeoni,
ut exercitum contra Madianitas compa-
raret, cùmque signa jam esset cum hoste
collaturus, præconis voce Gedeon præce-
pit, ut unusquisque audiret: Qui formido-
losus, ac timidus est, revertatur. Delectus
dein factus est eorum, qui non flexis ge-
nibus, sed manu solum aquam attige-
runt, hisque delectis præcedens Gedeon*

A inclamavit: *Quod me facere videritis, hoc
facite.* Sic, sic Franciscus paucis delectis,
qui terrenorum bonorum aquam vix di-
gito attingebant, formidolosis rejectis,
contra Madian Inferni signa contulit præ-
cedens ipse. Verè contra Madian, quod in-
terpretatur iniquitas, armatus est: nam
præcipuè contra divitias, & avaritiam
pugnavit. Et huc facit tonsio capitis Job,
ne ullam scilicet ad eum capiendum, aut
detinendum, ansam adversarius habe-
ret.

Hebr.

Divitiarum
oppugnator

Joh cur tonsus

B *Scidit vestimenta sua, & tonso capite. Ex-
poliatus fuit Job rebus omnibus. Super-
erat, quæ erat indutus, vestis, hac etiam
sefe exiit, quasi diceret: Nihil volo, exte-
riora omnia abjicio, de anathemate nihil
penitus concupisco. Tollite hanc vestem,
prædones (sunt verba Origenis) etiam
hanc projicio vobis, nihil apud me rema-
neat ex his, quæ in potestate nequitæ
vestræ data sunt.*

C

*Et tonso capite. Ajunt Theod. & Cyril-
lus, nō insolitum capillorum sacrificium.
Dici potest, Jobum de his, quæ sibi supe-
rant, spontaneam Deo oblationem fecisse,
O quam benè Franciscus, & exteriora o-
mnia corporis indumenta, terrena scili-
cet, & cogitationes omnes terrenorum
sacrificavit! Talis est dilectus meus, & ipse est
amicus meus. Alii: Et ipse est cogitatio mea,
Francisci vox.*

Theodoretus,
Cyril.

S. Franciscus
omnia sua Deo
sacrificavit.
Cant. 5.
Alij.

D *Et tonso capite insultat scilicet adverfa-
rio, quodd majorem sibi dolorem, aut de-
tumentum non intulisset, quàm si capil-
los prolixiores, rem videlicet superfluum,
sensùsque carentem totondisset. Ita Fran-
ciscus ne hilum quidem perdidisse puta-
bat ex amissione omnium bonorum.*

Abiectis omni-
bus nihil per-
didisse putavit.

E *Et tonso capite. Morituri hominis co-
mam jam olim abscindebant: sic pom-
pam capillorum, & capitis honorem
morti jam proximi deponebant, ne illo
habitu morentur. Erat hoc Job, se mo-
ri profiteri tum cupidam, tum paratum,
quasi diceret: Mihi vivere Christus est,
& mori lucrum. Hoc est libentissimè
mori. Et tonso capite, Franciscus se mor-
tuum mundo fatebatur. Mihi mundus
crucifixus est, Virgo ego, jam non ego, &c.*

Phil. 1.

Galat. 6.

Es

Iob. 1.

Iob noluit mundo esse obnoxius.

Senec. ep. 4. ad Lucil.

1. Tim. 6.

Franciscus cur nudus esse voluit.

Franciscus Iobis præferendus.

Et tonsa capite corruent in terram adoravit. & dixit: Nudus egressus sum de utero matris meae, & nudus revertar illud. Fuit hæc Job animi constantia, fuit par pari referre mundo, eidem valedicere, penitusque renunciare, quasi diceret: Nihil est, quod erga mundum me gratum, aut alicujus beneficii accepi memorem exhibeam, nihil ex hoc mundo mecum aufero, nihil illi acceptum referam. nudus in huic mundum veni, nudus abibo.

Gloriatur Job in sua nuditate. Heu quantum laborant homines in comparandis regementis! Ego nudus egressus sum de utero matris meae, & nudus revertar illuc. Scio non solum abundare, scio efurire, & penuriam pati, in omnibus, & ubique institutus sum: didici, in quibus sum, sufficiens esse nudus vivam, nudus, quod vic, & vitæ reliquum est, conficiam, nudus revertar, cantabo vacu^o coram latrone viator. Seneca: Nudum latro transmittit, etiam in obsessa via pauperi pax est.

Nudus egressus sum, & nudus, & c. particula, Et, hoc loco, ut alibi sæpè, illationis vim habet, quasi dicat: Nudus egressus sum, ergo nudus revertar. Anticipare nimirum volebat extremam illam nuditatem, qua hinc omnes abire cogimur: necesse est enim, ut nudus ex hac vita discedam, quoniam in hanc nudus veni. Id, quod dixit Apostolus: Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, quia neque auferre quid possumus.

Hos affectus omnes Franciscus habuit, reddere scilicet voluit par pari mundo, eidem renunciare, ac penitus valedicere. Gloriatur, ac lætatur in sua nuditate: Nihil facio nundinationem quaestuosam, mercaturam, hæreditatem, &c. Securus vel inter latrones, &c. Qui nihil habet, nihil timet, & c. Anticipare volebat necessariam nuditatem Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum. Major in posterum facultas erit dicendi: Pater noster, qui es in calis. &c.

Verè cum Job conferendus, aut ipsi præferendus, non enim unquam in duplum ditatus, sed quotidie magis depau-

peratus Franciscus mortuus est. Ego autè mendicus sum, & pauper, Dominus sollicitus est mei. Alii: Dominus sollicitus quærit pro me. Alii: Dominus assignabit mihi. Alii: Cogitavit mihi. Chal. Cogitavit mihi bonum. Kimhi: Estimavit me.

Miræ lectiones, quæ omnes quadrant Francisco: Dominus sollicitus quærit pro me, quasi dicat: Ostium ipsemet quærit, nihil cogitandum mihi: quin & assignabit mihi, meisque fratribus, nobis nec cogitantibus superiorem, & locum. Quid plura? Absque eo, quod ego cogitem, jam ipse. Cogitavit mihi, & cogitavit mihi bonum. Denique quasi in me gloriatur, & estimavit me, aut tantam mei curam gerit, ut me æstimare videatur.

Excoxi te in camino paupertatis. O quam id propriè dicit Deus Franciscus: Excoxi te, purgavi te in camino paupertatis, ut aurum igne purgatur ab omni impuritate, quam ex visceribus terræ contrahit, sic Franciscus in fornaculâ paupertatis adeo purus ab omni terrena scoria exivit, ut hieroglyphicum paupertatis existat. Excoxi te in camino paupertatis, propter me, propter me faciam, ut non blasphemem. Blasphematur Deus ab avaris, qui adorant idola: terra avaris replera est, elegi te pauperimum, ut restituas mihi gloriam. Propter me faciam, ut non blasphemem, & gloriam meam alteri non dabo.

Væ seculo avaro, si non esset Franciscus. Ecce ego Ioannes vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu Solis, habentem signum Dei vivi. D. Boventura: Indubitabili fidè (hoc est, firmissimè) credendum est, quod loquatur de D. Franciscus. Ad quid missus hic Angelus? Ut à gladio divinæ iustitiæ terram protegeret. Nolite, inquit, nocere terra, &c. Heu! omnis terra infecta erac avaritia. Sed nolite nocere, quousque signum servos Dei nostri in frontibus eorum. Quousque scilicet eligamus aliquos, qui palam perfectam, ac evangelicam profiteantur paupertatem.

Hisunt, qui miserunt nuncios ad Sehon Regem Amorrhæorum, dicentes: Obsecramus, ut transire nobis liceat per terram tuam, non declinabimus in agros, & vineas,

Psal. 36. Alij Chald. Kimhi.

Pro Francisco Deus ipse ostium mandicat.

Isa. 48.

Francisci paupertas Deo sua gloria resarci.

Apo. 7. D. Bonar. in prolog. vita S. Francisci, Lyran. in hunc locum Apo.

Num. 18.

non bibemus aqua ex puteis (tuarum volu-
ptatum) via regia gra diemur, donec transi-
mus terminos tuos, &c.

Luc. 12. Nolite solliciti esse anima vestra, &c. & no-
Syriac. lite in sublime tolli. Syriacè: Ne immoretur
mens vestra in istis. Quasi diceret: Ego o-
Septuag. stiatim quæram pro vobis, id meæ curæ
sit. Mens vestra non immoretur in istis. Sep-
Cajetan. tuag. Nolite volitare super vos; quod vul-
gatus dixit: Nolite in sublime tolli. Sed nun-
quid ex paupertate superbia? Ex divitiis
nascitur superbia. Cajetanus: Propter vi-
tæ hujus perfectionem, etsi omnia obser-
vetis, Nolite volitare super vos; Ea scilicet
est hujus perfectionis præstantia, ut quo-
dammodò inde oriri possit aliqualis su-
perbiæ occasio. Alii: Ne suspendamini ex
sublimi, inuentes scilicet sydera, Lunam,
annirationem, &c. sed divinæ fidei pro-
videntiæ; nolite vos hisce curis distrahi.
Id etiam ex vi verbi Syriaci: Nolite distra-
hi, hoc est, vestris vos orationibus vacare:
egomet ostiatim quæram pro vobis, ut
vestri curam geram.

Matth. 10. Nolite possidere aurum, neque argentum,
neque pecuniam in zonis vestris, non peram in
via, neque duas tunicas, neque calcementa,
neque virgam. Chryl. Ipsos, inquit, ad uni-
versi magisterium missurus, ad angelicam
(ita dixerim) disciplinam ex humana vita
traducit, ab omni cura rerum secularium
liberos reddens. Et Remigius in Cat. D.
Thom. Redegit eos, inquit, ad primi ho-
minis dignitatem, ut nulla re indigerent.
Et hoc sibi Franciscus voluit.

Ut avari omnem sollicitudineam, omnè
curam, artem, & ingenium reponunt in
conquirendis divitiis! Hic est oculus eorum
in universa terra. Sic Franciscus omnem
curam, artem, ingenium ad veram pau-
peratatem conquirendam contulit, adeò
ut verè dici posset Pater pauperum, aut Prin-
ceps pauperum, ad quem gravati ære alieno,
afflicti que plurimi convenerunt.

Adeò pauper hic paupertatis amor, ut
nihil proisus, nisi conditionaliter recipere-
ret, modò scilicet pauperiorem se aliquè
non reperiret, ut sic pauperior eo esse
posset, qui ad eum paupertatis gradum
pervenit, ut non tam pauper, quam ipsa
Speranza Scriptura selecta.

A paupertas dici potuerit. Sic aliquando
dictum est ei: Bene veniat domina pau-
peritas; in abstracto scilicet, quòd non so-
lum esset pauper, sed ipsa paupertas. Pau-
per est, qui participat de paupertate, pau-
peritas est ipsa forma, & qualitas in se, ut
essentialiter Deus non solum justus, sed
ipsa est justitia, non solum bonus, sed ipsa
bonitas, &c. Sic quodammodò Franci-
scus non solum pauper, sed ipsa pauper-
tas dici poterat.

B Funes (quibus dividuntur hæreditates)
& qui nihil hinc mihi diviserunt præter
paupertatem, ceciderunt mihi in præclaris.
Chaldaicè: Sortes ceciderunt mihi in dul-
cedine. Felix: In jucundis, & amœnis. D.
Hieronymus: In pulcherrimis. Paupertas
enim erat tota Francisci jucunditas, ac
deliciæ, unde dominam, & sponsam
paupertatem vocabat. In amœnis, in pul-
cherrimis, in dulcedine, quasi diceret: Fu-
nes, quibus ligatus sum, nihil hinc mihi
pro hæreditate diviserunt, nisi parum du-
ri panis, & aquæ, sed panis hic durus,
vappa illa emendicata, aut aqua, sunt mi-
hi in dulcedine, in jucundis, & amœnis.

C Dominus munitio mea, & robur meum. Septuag.
Dominus munitio mea. Pagninus: Dominus
arx mea; quasi dicat: Securitas in illius pro-
videntiâ conquirecere possum, ipse me
nutriet. Dominus munitio mea, arx mea,
frumento plena ad multos annos. Am-
brosius: Qui mundum non possidet, hic
totum possidet Salvatorem.

Pauperes fiducialiter requiescent. Funes itaque
ceciderunt mihi in præclaris, quòd nihil ha-
bendo habeam id, quòd subdit: Etenim
hæreditas mea præclara est mihi; quasi dicat:
Nihil hinc cupio, nihil curo, hæreditas mea
in Cælis est. Benedicam Dominum, qui tri-
buit mihi intellectum; hunc scilicet, quo in-
telligam, nihil hinc diligendum, nihil quæ-
rendum. Confiteor tibi, Pater, Domine cali,
& terra, (ò verbum Pater cali, & terra,
qui timeat?) quia abscondisti hæc à sapienti-
bus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis,
minoribus meis. Ita, Pater, quoniam sic pla-
citum fuit ante te.

Ubi notandum, juxta Felicem, prædicto
Ii psalmo

Et ipsa pau-
peritas.
Cap. 6. Regu-
læ ipsius.

Psalm. 115.

Chald.
Felix.

D. Hieron.

2. Reg. 22.

Septuag.

Pagnin.

Ambr. ser. 5.

Isa. 14.

Alij.

Ii psalmo

psalmo titulum esse, *Danti aternitatem*, & effundenti sanguinem, pro eo, quod alii transferunt, *Victori*, aut juxta alios *Infinem*, quasi diceret Franciscus: Promittitur mihi aternitas, & transitoria diligam? qui redemptus sum Christi Sanguine, aurum sectabor? A Christo redempti sumus, inquit Chrysoctomus, & auro servimus?

Chryf. hom. 75
ad pop. Nu. 18.

Ego pars, & hereditas tua in medio filiorum Israel. Jam dixerat ad Aaron: In terra eorum nihil possidetis, nec habebitis partem inter eos. Nunc dicit: Ego pars, &c. quasi diceret: Non implicemini vos culturae agrorum, & vinearum, toros vos tuihi, melisque ministeriis impendite. Ambrosius: Cui Deus portio est, nihil debet curare, nisi Deum: Ego pars, ego arva, vinea, oliveta, segetes, uvæ, olivæ; ego absque vomere, & aratro, absque ullo labore, & cura vestra reddam vobis, quæ necessaria sunt: ego ero vobis ager simul, & fructus: mihi fidite, in me solum spes omnes vestras desigite. Dominus pars hereditatis meæ, & calicis mei, tu es qui restitues hereditatem meam mihi, quasi diceret: Si Pater hereditatem abstulit, Deus aliam restituet. Dominus pars hereditatis meæ. Deus est mihi omne bonum: Deus meus, & omnia, præter Deum nihil requiro. Hanc hereditatem, quæ tu es ipse, Domine, ait Aug. nemo mihi aufert: hic eam per gratiam, in cælo habeo gloriâ. Ego pars, ego, à quo aut ore bona cuncta procedunt. Uni ergo mihi vacate, & nihil vobis deerit: quin multo plus vobis, quàm fratribus vestris retribuâ. Sic dū quondam hyberno tempore, ut moris erat, bene coniectus, ac indutus Francisci germanus incede: er, mandavit cuidam, ut à fratre suo, quem nudum cernens, tremementem quoque credebatur, suo nomine flagitare, ut caloris stillam, si qua illi superesset, pretio venderet. Cui Franciscus: Jam vendidi, inquit, sed Christo meo. Cujus amore taliter æstuabat, ut mox algentem illum complexus, solum foverit, sed inflammaverit. Surge, Aquilo; & veni, Auster. Hic, hic eum taliter inflammavit, ut suis eum radiis penitus deudaverit. O quam melius carnali

Amb. l. de fuga
saeculi, cap. 2.

Psal. 15.

D. August.

Cant. 4.

A suo fratre coniectus! frigebar, tremebat ille, & putabat tremere Franciscum.

Sic est, qui sibi thesaurizat, & non est in Luc. 12. Deum dives. Ubi Theophylactus: Pauper voluntarius, dives in Deum est, qui & dicere potest: Promptuarium meum Deus est, aperiam, & tollam necessaria, &c. Domus mea vestiaria, Deus est: gazophylacium meum, Deus est: cella vinearia Deus est. Aperiam, & tollam necessaria, Elegi abjectus esse in domo Dei mei, magis, &c. Hebr. Elegi abjectus esse ad limen Dei mei, &c. potius janitor in domo Dei, quàm primus in aula Regum, &c.

Quoniam non cognovi litteraturam, introibo in potentias Domini. Sept. Quoniam non cognovi negotiationem. Symmach. Quoniam non cognovi denumerare, aut non novi numeros, introibo in potentias Domini. Hoc est facile me sublevabo, & in Dei contemplationem ascendam, quoniam mundinationem, & mercaturam contempsi.

Solve calcamenta de pedibus tuis. Quid! Inter spinas, ut solve calcamenta? Ita. Non bene ambulabat inter divitiarum spinas, nisi pes per affectum liberum discalceatus: quo etenim magis discalceatus, minus pungitur, quod plus calceatus, plus pungitur.

Quam speciosus pedes evangelizantium patrum! etsi lurulenti hyberno tempore, etsi super nivem, nive candidiores per affectum liberum. Alii. Sicut hora in monte. Tales sunt Prædicatores à terrenis evulsi, horologium in monte, quod cum orationibus pateat, omnibus rectam, ac per ordinem vitæ rationem demonstrat.

Eadem est laus in Canticis: Quam pulchri sunt gressus tui in calcamentis, filia Principis! vel Hebr. Filia liberalis, hoc est, generosi, magnique animi, quasi diceret: O quam pulchre incedis, anima, dum vix summis digitis terram contingis, quàm magni, excelsiq; animi, hæc cuncta spernentis ostendis!

O verè animum à terrenis evulsum! Et erit pro zona funiculus. Saccum consui super cutem meam, & operui cinere carnem meam (veste cinerèa) Quid miramini favores? Circumdedit me lanceis suis (amoribus) conscis. Zuch. 13.

484 me

dic me vulnere super vulnus. Quid sunt plaga ista in medio manuum tuarum? His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me (Seraphini.) Christo vulnera impressit furor, ac odium: at Francisco amor, & dilectio. Si dicere licet, nobiliora vulnera fecit amor.

Gal. 6. De cetero nemo mihi molestus sit, ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Stigmata, ait in hæc verba D. Thomas, sunt quædam notæ alicui impressæ cum ferro candenti: sicut cum servus aliquo domino signatur in facie, ut nullus eum sibi vendicer, sed dimittat eum domino suo, cuius stigmata portat, & idem Apostolus dicit, se stigmata Domini portare, quasi insignitus sit servus Christi, quia portabat insignia passionis Christi, dum pro eo multa patiebatur, & idem ait: Nemo mihi molestus sit; nullus me rapere sibi curet, nam ego porto insignia Domini mei Iesu Christi in corpore meo, & sic nemo super me jus habet, nisi Christus. Hæc D. Thom. Quæ omnia quadrant Francisco.

Ioan. 6. Hunc Pater signavit, aut Græcè, hunc Pater sigillavit (& hunc filius.) Tu signaculum similitudinis. Vatabl. Tu instar monete figurata. O quam id bene de te, qui in eius locum suffultus es, cui hoc dictum fuerat!

Hebr. Multifariam, multi que modis olim Deus, Græcè, Mutans se in varias formas, nunc peregrini, nunc olitoris, nunc Seraphini, ut signet servum suum signis redemptionis nostræ. O favores! Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu. Exprementem sermones meos! O quam talis Franciscus et Bonaventura! &c.

Num. 20. Pauperculus, & pauperimus, qui nihil omnino hic sibi, suisque voluit, transitum solum poposcit, immorari hic nunquam voluit, Liceat nobis transire per terram tuam, ô Edom terrenus. Ubi Philo, ut asserat allegoricè: Fertur de quodam ex veteribus Philosophis, cum spectasset pompam sumptuosissimam, ad familiares suos conversum dixisse: Videte, amici, quam multis rebus opus non habeo. Compendio de re maxima, verèque cælesti gloriosus. Verùm apud Moysem non unius tan-

A *tum viri hæc est gloriatio, sed totius gentis populosissimæ: Celeriter transibo, inquit, per terram tuam. O promissionem magnificam, & quæ solis vixi! Itaciliter debeat! solent enim cæteri homines non celeriter transire, sed aberrare à via, aut immorari in via.*

B *Hinc D. Leo: Beata mens, quæ peregrinationis suæ tempore casta sobrietate transcurrit, & in iis, per quæ necesse est eam ambulare, non remanet, hospita magis, quàm domina terrenorum, sit D. Gregorius: Hoc, ait, esse speciale electorum solet, quod sic sciunt præsentis vitæ iter carpere, ut noverint, se jam ad alta pervenisse, quatenus cuncta, quæ præterfluunt, sub se esse videant, atque omne, quod in hoc mundo eminet, amore æternitatis calcant; & ita terrena ad hoc solum inserviunt, ut ambulent, donec ad patriam perveniant. De his alter Gregorius: Quid opus est iis inferna terra, quorum vita spe suspensa est?*

C *Describunt omnes Institurum Francisci, in quo non unius tantum viri hæc est gloriatio, sed totius suæ gentis populosissimæ foetis novæ prolis multiplicatæ. O verè abdicatum Virum ab hisce rebus, qui ex diametro a variori cuius possit opponi! Hanc graphicè describit Basilus: Quem admodum, inquit, qui præ infania mente moti sunt, res non vident, sed ex affectione imaginantur: sic anima amore pecuniæ occupata, omnia aurum, omnia argentum videt. Opras, ô avare, omnia ad auri naturam trãsmutare: quid enim non propter aurum machinaris? Frumentum tibi aurum sit, vinum in aurum congelatur, lanæ in aurum mutantur, &c. Hoc est ingenium avari. Franciscus quicquid cogitabat, erat abdicatio, perfectaque expositio ab hisce rebus: sic noluit habere frumentum, quod aurum fieret: noluit recondere vinum, quod in aurum congelaretur, nec propriam voluit habere lanam, quæ in aurum mutari posset, ut semper posset dicere: Nudus egressus sum de*

D *utero matris meæ, & nudus revertar illuc, ad Iul. Imitatus certè & Eliam, de quo pulchrè Hieronym. in epist. ad Julianum: Elias ad cælorum regna festinans (in curru*

D. Leo ser. 11. de Quad.

D. Greg. 21. Moral. 19.

Nyssenius l. de beat.

D. Basil. hom. 6. ex variis.

Hieron. ep. 34. ad Iul.

igneo ut Franciscus) non potest ire cum pallio, sed mundi in mundo vestimenta dimittit.

Marul. l. 1. c. 1.

Sed alia jam similia à terrenis abdicatorum exempla subjiciamus: Abraham Ægyptius pergrandem, jam defessis ætate parentibus, hæreditatem mox aditurus, non solum non expectavit, sed ut erat nudus, aufugiens, in solitudine sibi cellam constituit. Illis verò defunctis, cum ad capiendum tantarum opum patrimonium vocaretur, tanti illud fecit, ut ne loco quidem efferret pedem, sed per procuratorem ita egit, ut ne quid sibi reliquum omnino foret, quod protinus mendicantium turbæ, viduisque, ac pupillis non divideretur. Sic nudus nudum Christum secutus est.

*In Vit. Pat.
P. 2. §. 63.*

In Viris Patrum: Quidam juvenis volebat renunciare mundo, & frequenter egressum revocabat eum cogitationes involventes eum in variis negotiis, erat enim dives. Una ergo die egressum eum Dæmones circundederunt, & multum pulverem ante eum excitaverunt. Ille verò confestim expolians se, & jactans vestimenta sua, cucurrit nudus ad monasterium. Declaravit autem Deus uni seni, dicens: Surge, & suscipe athletam meum. Exurgens, ergo senex, obviavit illi nudo: & cognoscens causam, admiratus est, & dedit illi habitum monachalem. Quando autem veniebant aliqui Fratres ad ipsum senem, perquirere eum de conditionibus variis, respondebat eis, de renunciatione autem sciscitantibus, dicebat: Hunc requirite fratrem, quia ego ad renunciationem ipsius nondum perveni. Ut contra Diabolum properans, vestimenta abjecit, ne succumberet! Ut, ut injectum pulverem excuteret, mundana vestimenta projecit!

*Guillielm. in vit.
S. Bern. l. 1. c. 3.*

Cum Bernardus Claravallensis, ut Christum nudum sequeretur, & jam pater fratrum suorum cum fratribus filiis suis spiritualibus, quos verbo vitæ Christo genuerat, de domo paterna egredere-
retur, videns Guido primogenitus Nivardum natum minimum inter æquales in foro ludentem: Eja, inquit, Frater Nivarde,

A ad te solum respicit omnis terra possessionis nostræ. Ad quod puer non pueriliter motus: Vobis ergo, inquit, Cælum, mihi terra? Non ex æquo divisio hæc facta est. Quo dicto, abeuntibus illis, modico post evoluto tempore, fratres secutus, nec à propinquis, seu amicis potuit retineri.

Sed ne à privatis solum substantiis, ac *Dam. in Vita.*

patrimoniis abdicatorum exempla recensamus: Josaphat, Indiæ Rex, Avenir Regis filius, uti refert Damascenus in Vita Barlaam Eremitæ, salubri persuasione Christi fidem amplexus, postquam omnes, qui suæ ditionis erant, Baptismi gratiâ renovandos curasset, coædificatis jam vicatim Ecclesiis, deposuit regnum, nihilque secum ferens, nisi mundanæ gloriæ contemptorem animum in solitudinem secessit. Cum enim in urbibus adhuc sine honore esse non posset, ab hominum frequentia procul se habendum, decrevit: junctisque ipsi Barlaam, vitam traduxit in eremo, quæ dicitur terræ Senair. Itaque, quem urbis instar regia vix capere poterat, angustum in formis speluncæ tenuit habitaculum: & qui tot populis, totque gentibus imperitaverat, ab omni mundi gloria evulsus, unius homunculi præceptis obedit.

D Cum Judaëllus, Britannia Rex, monasticam vitam ducere decrevisset, Jodoco fratri regnum tradere voluit. Ille itidem ad eandem rem, rerum omnium mundanarum abdicationem aspirans, ne quod ultrò offerrebat, vel invitum suscipere aliquando cogeretur, clam inde profugit, atque ad ripam Alzei fluminis in agro Pontinii, constructo parvo, humilique tugurio, solitarius habitavit. I nunc, vana, ac stulta hominum cupiditas, per cædes & parricidia, ad querenda tibi regna, ac imperia, quæ sanctissimi viri tam viliter habuerunt!

Marul. l. 1. c. 1.

Sed mira sanctissimi Gregorii animi *Joan. Diacon. l. 2. Vit. Greg. in.*
evulsio, puncto jam punctum faciat. Tempore Gregorii fuit quidam vir magnæ virtutis Eremita, qui omnia propter Deum reliquerat, & nihil nisi unam cattam possidebat, quam blandiens sæpè quasi cohabitavit.

bitatricem in suo gremio confovebat. Oravit igitur Deum, ut sibi dignaretur ostendere, cum quo futuræ remunerationis mansionem speraret, qui illius amore nihil ex sæculi divitiis possideret. Quædam igitur nocte sibi revelatur, ut cum Gregorio Romano Pontifice mansionem sibi sperare deberet. At ille fortiter ingemiscens, parùm sibi voluntariam paupertatem profuisse putabat, si cum eo remunerationem acciperet, qui tantis munditibus divitiis abundaret. Cum ergo Gregorii divitiis suæ paupertati die, noctuque suspirando conferret, alia nocte audi-

A vit Dominum, dicentē sibi: Cum divitem, non possessio divitiarum, sed cupido faciat, cur audes tuam paupertatem Gregorii divitiis comparare, qui magis illam cattam, quam habes, quotidie palpando diligere comprobaris, quàm ille tantas divitiis, quas non amando, sed contemnendo, & cunctis liberaliter largiendo, dispergit? Itaque solitarius Deo gratias retulit, & qui meritum suum decrevisse putaverat, si Gregorio conferretur, orare cœpit, ut cum eo mansionem quandoque percipere mereretur.



DE ELEMOSYNA, COMITE ORATIONIS.

Vulsi affectus effectus est ipsa terrenorum largitio, & communicatio, quæ per eleemosynam fit: hæc semper orationis comes indissolubis exitit. *Orationes tue, & eleemosyna tue ascenderunt in memoriam in conspectu Domini. Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna magis, quàm thesauros recondere, &c.* Hinc probatica illa piscina circa quam languentium, & agrotantiumque multus erat numerus, prope templum erat, ut per pauperes, ita dixerim, transiret, qui templum oraturus intraret. Hinc ostium oraculi de lignis erat olivarum, ut per misericordiam ad ipsum oraculum pateret ingressus. Sed jam perutilissimam dilatemus materiam.

De quinque precipuis misericordie fructibus.

PUNCTUM LXXIX.

Quinq̄ complectitur fructus eleemosynæ eodem loco. Propheta Regius: *Iucundus homo, qui miseretur, & commodat.* Alii: *Felix homo, qui miseretur, & commodat.* D. Hieron. *Bonus vir, & facerans.* O usuram bonam ejus, miseretur pauperis, qui pio affectu subvenit indigenti! *Suarvis vir,* legit August. *Qui miseretur, & commodat,* non enim eum evomet Deus ex ore suo, tanquam insuavem, & c. *faciens disponet hic erit in ore Dei, in corde Dei.* O fiduciam! *Disponet sermones suos in iudicio.* *Quo sensu?* primus fructus: *Disponet sermones suos in iudicio.* Per hanc vocem, sermones, non solum

lib. 3. verba,

Act. 10.
Tob. 12.

Ioan. 5.
Templo vicinis
probatica
piscina. Cur?
Reg. 6.

Psal. 111.
Alij.
Hieron.

August.

Eleemosynas
faciens disponet
sermones suos
in iudicio.

Quo sensu?